

PRAXEOS MEDICAE VNIVERSAE PRAECEPTA

AVCTORE

IOSEPHO FRANK

IOANNIS PETRI FILIO, AVGVSTISSIMO IMPERATORI ET TOTIVS ROSSIAE AVTOCRATORI A CONSILIIS STATVS, EQVITE ORDINIS ST. ANNAE, ST. WLODIMIRI, THERAPIAE SPECIALIS ET CLINICES IN CAESAREA VNIVERSITATE VILNENSI PROFESSORE EMERITO, PLVRIMARVM ACADEMIARVM ET SOCIETATVM MEDICARVM SODALI.

PARTIS PRIMAE

EDITIO ALTERA DENVO ELABORATA.

VOLVMINIS TERTII SECTIO PRIMA,

CONTINENS

DOCTRINAM SCARLATINAE, MORBILLORVM, RVBEOLAE, VARIOLARVM, VARICELLAE, VARIOLAE TRVNCATAE, ZOSTERIS ET EXANTHEMATIS MERCVRIALIS.

LIPSIAE

SVMPTIBVS BIBLIOPOLII KUEHNIANI

CIƆIƆCCCXXIX.

Caput I.

De Scarlatina.

Introductio.

Quemadmodum antipodes febre anguntur, a *flavedine* nomen desumente; ita nos aliâ, laetioris quidem coloris, at haud multo minus tetrâ. Qui saltem rubram illam febrem, cui nomen est *scarlatinae*, per curriculum triginta septem annorum, diversarum nationum omnes inter civium ordines, ut nobis contigit, tam sporadice [1]) quam epidemice [2]) grassari vidit; hic illam dirissimum, quo Europa nunc excruciatur, sistere flagellum, neutiquam inficiabitur. Satis ut ad doctrinam hujus.

1) *Sporadicam* scarlatinam potissimum *Vindobonae* vidi; spatio enim octo annorum, quo ibi in nosocomio civico universali medici primarii officio functus sum, vix mensis obveniebat, quo scarlatinae unum alterumve exemplum non occurrerit. Idem *Vilnae* ab a. 1807 — 1811. accidit. (Cfr. Acta mea instituti clinici C. universitatis Vilnensis. Ann. 3 — 6. Lips. 1812. p. 17.).

2) Conspicuas scarlatinae epidemias observavi; videlicet *Ticini* a. 1793 et 1795. *Viennae* a. 1799. 1800. 1801. *Vilnae* a. 1806 — 7. 1814. 1817. 1819. 1822.

hujusmet morbi, prae omni alio, peculiari studio prosequendam, impellamur.

§. I.

Definitio. Historia et literatura.

Definitio. 1. *Scarlatinae* nomine 3) designamus exanthema primarium, contagiosum, quod praeviis motibus febrilibus plus minusve obviis, sociâque ocyus serius faucium, imprimis tonsillarum, affectione inflammatoriâ, cutim plerumque universam, rubore (nunc laevigato, nunc cum pustulis miliformibus aut vesiculis) obducit, atque epidermidis desquamatione, relicto hydropis periculo, terminatur.

Historia et literatura. 2. Scarlatinae *historia*, irritis multorum laboribus 4), plurimis adhuc premitur difficultatibus.

3) *Synonymia:* Febris scarlatina; febris rubra; f. coccinea; morbilli confluentes; morbilli ignei; purpura maligna; rossalia squamosa. Germ. *Scharlachfieber.* Belg. *Scharlakenkoorts; Roodvonk.* Dan. *Skarlagenfeber; Norisle; Narisle; Narild; Noretle.* Suec. *Skarlakansfeber.* Island. *Scarlatssott.* Angl. *Scarletfever.* Gall *Fièvre rouge; Scarlatine.* Ital. *Febbre rossa; febbre scarlattina.* Hisp. *Calentura; Fiebre escarlatina; Escarlatina; Mal colorado; Tabardete; Tabardillo pintado.* Lusit. *Escarlatina.* Ross. Скарлатина; кармезинная сыпь. Polon. *Szkarlat.*

4) M. A. Plenciz op. citand. — T. W. G. Benedict *Geschichte des Scharlachfiebers, seiner Epidemieen und Heilmethode. Leipz.* 1810. — C. Ph. Gütschow diss. sistens antiquioris scarlatinae febris historiae

bus. Illius morbi vestigia extare putant alii inter antiquam gentem Judaicam [5]), alii in operibus THUCYDIDIS [6]), HIPPOCRATIS [7]), CELSI [8]), CAE-

A 2 LII

adumbrationem. Gotting. 1817. — SIMON junior *über das Scharlach historisch-kritisch.* (HORN's *Archiv für med. Erfahrung. Jahrgang* 1824. *Jan., Febr., März, April, Mai, Juni*). — G. FR. MOST *Versuch einer kritischen Bearbeitung der Geschichte des Scharlachfiebers und seiner Epidemien, von den ältesten bis auf unsere Zeiten. Leipzig* 1826. 2 *Bände.*

5) BENEDETTO FRIZZI *osservazioni e riflessioni sulla scarlatina. Trieste* 1811. §. 1.

6) De bello Peloponnes. L. VIII. Hist. 2. c. 49. („Alios vero, inquit, ex nulla certa manifestaque caussa apparente sed ex improviso, cum sani forent, primum quidem acres capitis fervores et oculorum rubores et inflammatio corripiebat. Et interiora, guttur inquam, et lingua continuo cruenta erant et halitum tetrum et graveolentem emittebant. Deinde vero ex his sternutatio et raucitas sequebatur; nec multo post hic dolor cum vehementi tussi in pectus descendebat. . . . Et corporis quidem exterius tangenti non erat admodum calidum neque pallidum, sed subrubrum, lividum, parvis pustulis et ulceribus efflorescens"). JOANNES PETRUS FRANK in therapiae specialis praelectionibus Vindobonae publice habitis, *suspicionem* per transennam patefecit, posse THUCYDIDIS illa verba forte scarlatinam designare. Auditor tunc ejus JOANNES MALFATTI hanc ideam suscepit, eamque dein ut rem extra omnem dubitationis aleam positam, publici juris fecit. (HUFELAND's *Journal der prakt. Heilkunde. B.* 12. *St.* 3. p. 120.).

7) Aphorism. Libr. VI. aph. 37. („Ab angina detento

LII AURELIANI [9]), ARETAEI [10]), AETII [11]), AVI-
CEN-

tumorem fieri foris in collo bonum est, foras enim morbus vertitur"). Aph. 48. („Ab angina detento, tumor et rubor in pectore accedens, bonum"). De dentitione. Sect. III. („Ulcera tonsillarum in infantibus periculosa. . . . . . Ulcera proserpentia circa fauces, graviora et magis acuta, utplurimum spirandi difficultatem inducunt"). De morbis popular. Lib. III. Sect. 2. Aegrotus septimus. („Anginosa illa quae apud Aristonem erat, primum a lingua coepit. Vox non clara, lingua rubra resiccata fuit. Prima die, horrida, incaluit. Tertia, rigor, febris acuta, tumor subruber, durus, colli et pectoris ex utraque parte: extremitates frigidae lividae. Spiritus sublimis: potus per nares fundebatur, deglutire non poterat: alvi secessus et urinae suppressa erant. Quarta omnia exacerbata sunt. Mortua est anginosa. Haec loca a M. READ (*Histoire de l'esquinancie gangréneuse pétéchiale qui a regné dans le village de Moivron au mois de Novembre 1777. Metz* 1777. p. 18.) aliisque ad scarlatinam revocantur.

8) De medicina. Lib. IV. cap. 4. Sect. 3. („In interiore vero faucium parte interdum exulceratio esse consuevit"). Ex hac sententia J. JOHNSTONE (*On the malignant angina or putrid and ulcerous sore-throat to which are added some remarks on the angina trachealis. Worcester* 1779. 8. Et: *Sammlung auserlesener Abhandlungen für practische Aerzte. B.* 5. *St.* 2. p. 340 seq.) ad scarlatinam concludit.

9) De morbis acutis. Lib. III. cap. 2. („Morbus cum salivatione, cum subdolente faucium sensu et asperitate aggreditur, inflammatio supra linguam magna cum transvorandi et respirandi difficultate sese extendit,

CENNAE [12]), HALI ABBATIS [13]) etc. [14]). Ut ut sit, clare

collum et vultus tument, oculi sanguinolenti prominent, pulsus celer est et tensus. Lividus tandem vultus, vox interclusa, gutturis et pectoris stridor, apud alios caninus vocis sonitus, pulsus defectio praecedunt morti").

10) De morbis acutis. Lib. I. cap. 9. („Ulcera in tonsillis alia fiunt mitia, alia necantia. Pestifera sunt lata, cava, pinguia, quodam concreto humore, aut livido aut nigro sordentia. Nuncupantur ἄφθαι. Qui quidem effectus, si altius descendit, eschara vocatur. Crustam circumveniunt rubor excellens et inflammatio et venarum dolor, quemadmodum in carbunculo et exiguae, rarae pustulae — ἐξανθήματα — oriuntur, hisque aliae supervenientes in unum coalescunt et latum ulcus efficitur. Interius serpens columellam exedit et gingivas et alveolos. In collum phlegmone erumpit, et paucis diebus febre et foetore consumti intereunt. Pueri usque ad pubertatem, puellae usque ad menstruationis tempus hoc morbo tentantur, praecipue cum multum frigidi aëris inspirant. Aegyptus horum affectuum est foecunda: unde Aegyptiaca et Syriaca ulcera appellantur. Dolor est acer, spiritus aegroti exhalant vitiatos, pallida his seu livida facies, febris acuta, ut igne accensi videantur").

11) Tetrab. II. Sect. IV. cap. 46. („crustosa et pestilentia tonsillarum ulcera").

12) Opp. medica. Lib. IV. fen. 2. tr. 4. 6. („Alhamica (beta rubra) est aliquid ex genere variolarum et morbillorum sed utroque minus periculosius").

13) Theor. Lib. VIII. cap. 14. f. 56. d. („In rubore species est aliqua, quae rubeola vocatur, quae ex sanguine fit calido, subtilis nec unquam periculosa. Quae cum

clare jam scarlatinam designant Joann. Ingrassias [15]), Petr. Forestus [16]), Joann. Wierus [17]), Guil. Ballonius [18]), Theoph. Bonetus [19]), Henr.

ad statum pervenerit, similis sit milii granis vel paulo major, et color ejus rubeus, nec aperiuntur pustulae, neque fluunt. Communia signa sunt, febris, faciei tumor, temporum et auricularum prurigo, in naso inflammatio et in gurgulatione asperitas").

14) Rhazis lib. XVIII. cap. 8. f. 382. d. 383. c.

15) Professor Neapolitanus, natus a. 1510. + a. 1580., scripsit de humoribus praeter naturam. Tract. I. cap. I. p. 194. Neapoli 1552. refertque scarlatinam jam ante A. 1500. Neapoli sub nominibus *rossania*, *rossalia*, a calore scilicet rubro, sermone Italico *rosso*, notam fuisse. „Nonnulli, inquit, morbillos et rossaliam eundem esse morbum existimarunt: nos ipsi nostrismet oculis diversos eorum affectus esse videmus; morbilli enim racematim venire solent."

16) Opp. omnia. Lib. VI. obs. II. (Ubi de epidemia Amstelodami a. 1517. a Tyengio observata loquitur).

17) Observat. medic. rariorum. Lib. I. Amstelodami 1657. (Epidemiam Germaniae inferioris a. 1564 et 156[illegible]. describens. Cfr. et Schenk obs. lib. VI. p. 775.).

18) Professor Parisiensis (+ 1616.). Epidem. et ephemer. lib. I. p. 36. („Quum hiems 1574 et 1575. austrina fuisset, morbillorum, variolarum, exanthematum et rubiolarum magna copia erat. Aucto calore et aliquo dolore, rubiolae per universum corpus prorumpunt, neque tamen formicantes. Signa sunt febris modo mitis, modo acerrima, jactatio et inquietudo, propensio ad somnum et alia omnibus exanthematibus communia. Pathognomonica sunt, oculorum ardor et flagrantia, tussis et raucedo. Malum praesertim superiores

HENR. SMETIUS [20]) et maxime DAN. SENNERTUS [21]), apud

colli partes appetit; pulmonès et arteria aspera facile patiuntur. Unde uvulae inflammatio, multis et deglutiendi difficultas, angina quaedam sicca per erysipelatoden phlegmonosin et inde suffocatio. Multis et parotidum tumores comites sunt et sequuntur: qui non ita sunt metuendi, si per exonerationem ipsius cerebri oriuntur. Siccitas linguae est maxima; sitis implacabilis. Gravidae hunc in morbum incidentes facile aboriuntur: duae uxores excusserunt partus eodem modo maculatos").

19) Sepulchr. T. I. p. 479.

20) Miscell. medica. Francof. 1611. p. 564. 568. (Memorabilis praeprimis est historia aegri nomen habentis Winandus Zonsius).

21) Opp. omn. T. VI. lib. IV. cap. 12. p. 483. („Praeter has differentias adhuc alia est, sed rarior quidem, quam aliquoties observavi; quo nomine tamen ab aliis discernerem, hactenus dubius fui. Etsi enim instar erysipelatis totum fere corpus prehendat, tamen non vidi, quod adultos, quod in erysipelate fieri solet, sed infantes solum corripiat. Malo ergo ad morbillos referre; et forsan malum est, quod Forestus libr. 6. obs. 59. purpuram et rubores ac ἐρυθρήματα appellat. Joh. Phil. Ingrassias rossaniam et rossaliam a Neapolitanis nominari scribit. Maculae rubrae et quasi ignitae cum vix effatu digno tumore per universum corpus, quasi quaedam parva erysipelata erumpunt in principio, seu morbi die quarto vel quinto. In statu vero universum corpus rubrum et quasi ignitum apparet, ac si universali erysipelate laboraret. In declinatione rubor ille imminui, et maculae rubrae latae, ut in principio, iterum apparent,

apud quem et DÖRINGII observationes huc spectantes leguntur [22]). Quum praeterea *puerorum morbus cynanchico-gangraenosus* (Hispanice *Garrotillo* [23])), qui initio seculi XVII *Hispaniam, Italiam* et *Siciliam* depopulatus est, consensu fere [24]) communi [25]), ad scarlatinam jure meritoque

quae tandem septimo vel nono die evanescunt, epidermide, squamarum instar, decidente. — Malum hoc grave et saepe lethale est. Nam calor est ferventissimus, sitis inextinguibilis et plerumque pulmonum (unde tusses excitantur), faucium, et aliorum viscerum inflammationes, deliria et alia mala urgent. — In declinatione tandem materia ad articulos extremorum transfertur, ac dolorem et ruborem, ut in arthriticis, excitat; cutis, squamarum instar, decidit; mox pedes ad talos et suras usque intumescunt; hypochondria laeduntur, respiratio difficilior redditur, tandemque abdomen intumescit, aegrique non sine magno labore et post longum tempus pristinae sanitati restituuntur, saepe etiam moriuntur").

22) T. VI. Cent. 2. Epist. 18. (Jam a. 1610. scarlatinam Varsoviae vidit).

23) *Synon.* Morbus suffocatorius, epidemica gutturis lues, carbunculus anginosus, phlegmone anginosa, angina pestilentialis, morbus gulae, morbus puerorum, pestilens ac perfocans pueros, abscessus, tonsillae pestilentes, ἀγχόνη λοιμώδης, aphthae malignae, passio anginosa.

24) CH. PFEUFER (op. citando p. 58.) in dubium vocat „*jede Verwandtschaft des Scharlachs mit der bösartigen Bräune.*" Propriam autem opinionem argumentis adeo futilibus superstruit, ut ea nequidem in medium proferenda esse putem. Doleo praeterea in memoria

toque revocetur; scriptoribus de scarlatina quoque adnumerandi sunt qui illum puerorum morbum descripsere, videlicet LUD. MERCATUS [26]), PEREZ CASALES [27]), JOAN. DE VILLAREAL [28]), ALPHONSUS A FONTECA [29]), FRANC. NOLA [30]), CHRIST. PEREZ AB HERRERA [31]), ILDEFONS. NUNEZ [32]), JO. ANDR. SGAMBATUS [33]), JOANN. ANT. FOGLIA [34]),

eruditione plena cynanchem gangraenosam sine ambagine ad *croup* revocari. (L. DESLANDES *exposé des progrès et de l'état actuel de la science, sur cette question: l'angine gangréneuse et le croup, considérés sous le rapport de l'état local qui les constitue, sont-ils identiques?* — Vid. *Journal des progrès des sciences et institutions médicales.* 1° *volum.* 1827. p. 152.).

25) FOTHERGILL, WITHERING, R. WILLAN, G. CH. REICH (opp. citand.) BENEDICT, MOST (ll. cc.). Cfr. W. L. PERKIN *essay for a nosological and a comparative view of the cynanche maligna or putrid sore-Throat, and the Scarlatina anginosa or Scarlat fever with angina.* *Lond.* 1787.

26) De faucium et gutturis lethalibus et anginosis ulceribus. Cfr. Consult. medic. liber unicus. Ejusd. Opp. med. Francof. 1620. fol. cons. 14. p. 134.

27) De morbo Garrotillo appellato. Madr. 1611. 4.

28) De signis, causis et curatione morbi suffocantis. 1611. 4.

29) Disput. de angina. Lib. II. p. 22.

30) De epidemica phlegmone anginosa, grassante Neapoli. Venet. 1610. 4.

31) De scientia, causis et praesagio et curatione faucium et gutturum anginosorum. Madr. 1615. 4.

32) De gutturis ulceribus anginosis. Hispali 1615. 4.

Foglia [34]), J. Bapt. Carnevala [35]), Thom. Broncoli [36]), Thom. ab Aguiar [37]), J. Bapt. Cortesius [38]), Marc. Ant. Alaymus [39]), Cletus Signini Aetius [40]), Marc. Aurel. Severinus [41]), Joann. Dom. Prosini [42]) etc. [43]).

Continuatio argumenti.

3. Circa ejusdem *seculi* XVII medium scarlatina saepius nomine aut *morbillorum igneorum* [44]), aut *purpurae epidemicae malignae infan-*

33) De pestilenti faucium affectu, Neapoli saeviente. Neap. 1620. 4.

34) De angina passione. Neapoli 1620. 4.

35) De epidemico strangulatorio affectu. Neap. 1620. 4.

36) De populari, horribili ac pestilenti gutturis et annexarum partium affectione. Neap. 1620. 4.

37) Apologia adversus Nunez. Murc. 1621.

38) Miscellanea medica. Messanae 1625. fol.

39) *Discorso intorno alla preservazione del morbo contagioso e mortale, che regna in Palermo. Palermo* 1625. Et: Consultat. pro ulceris Syriaci nunc vagantis curatione. Panhormi 1632. 4.

40) Liber de morbo strangulatorio. Romae 1636.

41) De paedanchone maligna seu de theriomate faucium pestis instar pueros perfocante. Cum comment. Thom. Bartholini. Et: Dissertatio de pestilenti ac perfocante pueros abscessu. Neap. 1643. 4.

42) De faucium et gutturis anginosis et pestiferis ulceribus. Messan. 1632. 4.

43) Prosperum Martianum a. 1620. scarlatinam observasse ex Haenio (Thesis sistens febrium divisionem. Vindob. 1760. p. 23.), Fehrio (Anchora sacra seu de Scorzonera. Jen. 1686. p. 89.) elucet.

44) Winsler ephem. nat. cur. dec. I. ann. 7. obs. 42.

fantum [45]), plus minus clare descripta est [46]). Genui-

(„Morbilli ignei admodum maligni apud nos (in Siles. a. 1642.) grassantes invaserunt etiam pueros: qui quidem statim de summa deglutiendi difficultate conquesti sunt, etsi nihil tumoris vel intra vel extra conspiceretur: nonnulli suffocati sunt. Hi morbilli apparuere primum apud nos anno 1642. post obsidionem Bergensem, paulo post Lipsiae, et quod nos in pueris, illi in puerperis annotant; id quod testatur disputatione 1655, a Welschio habita. Nomen diversum, res autem eadem").

45) Simon Schultz in ephem. nat. cur. dec. I. ann. 6 et 7. obs. 146. p. 206. („Cum hiems 1664. mollis ac pluviosa esset, grassabatur apud nos (in Polonia) vere primo insequente purpura epidemica maligna, quae per totam aestatem et autumnum usque in hiemem saeviebat, plurimosque infantes utriusque sexus, et duodecimum annum attingentes (nam ultra hanc aetatem vix ascendebat) perimebat. Plerique secunda die morbi, nonnulli etiam prima moriebantur; illi solummodo evadebant, qui nulla faucium inflammatione vel tumore oedematoso (variabant enim ista pro diversitate naturarum) infestabantur. Tum omnibus ab isto morbo liberatis post copiosum sudorem (nonnullis etiam diarrhoea, vel tantum unius vel alterius diei critica profuit) squamae decidebant, rubore cutis evanescente. Tandem, praesertim natu majoribus tumor totius corporis instar leucophlegmatiae, et infimi ventris sequebatur qui per aliquot septimanas miseris molestus erat; sudoreque etiam solvebatur, interdum etiam largius profluente; in curatione admiscebantur sudoriferis bezoardica . . .").

46) Most l. c. p. 6. 52.

Genuinam autem illius morbi imaginem exhibuerunt Michael Fehr [47]) et prae omnibus Thom. Sydenham [48]) et Rich. Morton [49]), quorum prior scarlatinam mitissimam ab A. MDCLXI — ad A. MDCLXXV Londini regnantem, alter gravissimam, ibidem ab A. MDCLXXII — ad A. MDCLXXXIX saevientem, descripsere. Quae morbi diversitas Mich. Ettmüllerum, scarlatinae A. MDCLXX Lipsiae testem [50]), minime fugit. Seculo XVII versus finem vergente, idem morbus eadem in urbe descriptus fuit a Chr. Joann. Langio [51]), atque Augu-

47) L. c. („Variolis affines sunt rosaliae quae alias Germaniae nostrae incognitae in Italia hospitabantur, ubi Prosper Martianus — 1620. — nullum eas evitare posse opinabatur. Sed foedo hoc et foecundo morborum seculo, anno nimirum 1652, primum hic conspectae sunt maculae dilute rubentes seu flammeae rosarum instar, a quibus et nomen nactae sunt. Sparsim tertio vel quarto die morbillorum instar prodeuntes, sed his longe latiores et coadunatae aut dorsum, aut brachia, aut femora erysipelatis instar totaliter occupant. In pectore saepe lethales sunt, a quibusdam haemorrhagiâ judicatae, a quibusdam diarrhoeâ prodigâ. Plurimis eo loco, quo effloruerat rosalia, abscessit epidermis").

48) Opp. omnia. Sect. 4. cap. 2. sect. 6. Et: Miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 10. 1691. Append. p. 151.

49) Opp. med. Lugd. 1737. T. 3. p. 11—35.

50) Opp. med. theor. pract. Westph. Edit. 1697. fol. T. II. p. 416.

51) Opp. med. Lips. 1715. fol. T. III. p. 351.

Augustae Vindelicorum a LUC. SCHROEK [52]. Grassabatur praeterea is eodem tempore in Scotia, Italia, Archipelago Graeciae etc. [53]), juxta testimonia SIBBALDI [54]), BERNH. RAMAZZINI [55]), JOS. A TOURNEFORTII [56]).

4. Nullam Europae exstare regionem, cui scarlatina sub *seculi* XVIII curriculo pepercisset, fasti medici testantur. Memorabilis praeprimis sunt de hoc morbo observationes, quas tradiderunt — Continuatio argumenti.

52) In Constitutione epidemica Augustana. 1696—1705.

53) In Silesia. V. Constit. epidem. Vratislaviensis 1699. 1700.

54) Cfr. Scotia illustrata. Edinb. 1694. („Inter multos morbos, qui huic seculo originem debent, nuperrime febris observata est, quae scarlatina dicitur, a coccineo colore, quo cutis tingitur").

55) Constit. Mutinensis. A. 1692—1694.

56) *Relation d'un voyage du Levant. Paris* 1712. 4. p. 10. („*Il régnoit dans l'île de Milo une maladie très facheuse; qui est assez commune en Levant, où elle emporte les enfans en 24 heures. C'est un charbon dans le fond de la gorge, accompagné d'une cruelle fièvre. Cette maladie qu'on peut nommer la peste des enfans, est épidémique, quoiqu'elle épargne les grandes personnes. Le cas est pressant, et la précaution la plus nécessaire pour arrêter les progrès d'un si grand mal est de faire vomir les enfans dès le moment qu'ils se plaignent du mal de gorge, ou que l'on apperçoit que leur tête commence à s'appésantir. Il faut réitérer ce remède suivant le besoin, afin de vuider une espèce d'eau forte, qui se décharge sur la gorge*").

runt G. PH. REUTER [57]), GOHL [58]), RONCALLI PAROLINI [59]), DOVA [60]), JO. STORCH aliàs PELARGUS [61]), ROSENSTEIN [62]), JOH. HUXHAM [63]), JOANN. FOTHERGILL [64]), JOANN. STARR [65]), COTTON [66]), WALL [67]),

57) Fundamentum medic. theoretico-pract. T. II. p. 581. Argent. 1721. (Epidemia a. 1715—1719. Ratisbonensis).

58) In actis medicis Berolinens. Vol. I. et II. 1722. Et in: HALLERI diss. pract. V. 5. (Scarlatina sporadica a. 1716. et epidemica a. 1719—1720. Berolini observata).

59) Medic. Europ. p. 333. (Epidemia Florentina a. 1717).

60) In: *The ancient Physicians Legacy* a. 1732.

61) *Theoretischer und practischer Tractat vom Scharlachfieber, wie solches von etlichen zwanzig Jahren her als eine seltsame jedoch zuweilen grassirende Kinderkrankheit, aus vielen zur Hand gekommenen Casibus kennen gelernt. Gotha* 1742. Et: *Theoretische und practische Abhandlung von Kinderkrankheiten. B.* 3. p. 156. *Eisenach* 1751.

62) *Kinderkrankheiten.* 6. *Auflage. Götting.* 1798. p. 354—384. (Epidemia a. 1741. in Suecia et 1763—1764. Holmiae).

63) Opp. phys. med. De aëre et morbis epidemicis, sub nomine nunc *febris anginosae* (Vol. I. p. 92.), nunc *eruptionis erysipelatosae* (p. 95), nunc *febris miliaris malignae* (p. 123.), nuncque *febris miliaris rubrae* (p. 60. Vol. VII. p. 115.).

64) *Account of the sore Throat. Lond.* 1751. (Opusculum classicum quod et in collect. opp. continetur).

65) *Philosophical transactions for the year* 1749. No. 46. 49. — LESKE's *Auszug aus den Philos. Transact. B.* 3. p. 26. (Scarlatina Liskeard in comitatu Cornwallis eo aevo grassata describitur).

WALL [67]), RUSSEL [68]), GRANT [69]), MALOUIN [70]), GARNIER [71]), CHOMEL [72]), NAVIER [73]), LOISY [74]), RABOURS [75]), LORRY [76]), BRUGNONE [77]), NANNONI [78]),

66) *Lettre to Dr.* MEAD.

67) *Medical tracts.* — *Gentelman's Magazin. Vol.* 21. p. 497.

68) Oecon. nat. in morb. gland. p. 105.

69) *On fevers. Vol.* 2. p. 129.

70) In: *Mémoire de l'académie des sciences à Paris,* ab a. 1746. usque ad 1749. (In Picardia maxime saeviisse narrat).

71) Quaest. med. 'An angina gangraenosa emeticis? Paris. 1750.

72) *Abhandlung über die brandige Bräune. A. d. Franz. von* TORRIANO. 1749. — Exstat et versio Anglica: *Historical dissertation on a particular species of gangrenous Sore Throat, which reigned the last year among young childern at Paris. London* 1753. Operis autographi nulla mentio reperitur in literatura annexa tractatui (miserrimo) de scarlatina in: *Dictionnaire des sciences médicales. T.* 50. p. 132. (CHOMEL de epidemia scarlatinae Parisiensi a. 1748. narrat).

73) *Dissertation en forme de lettre sur plusieurs maladies populaires qui ont regné à Chalons sur Marne. Paris* 1753. p. 208 seq. (Epidemiam a. 1753. nomine *fièvre rouge* salutat).

74) *Recueil d'observations de médecins d'hôpitaux militaires par Mr.* RICHARD DE HAUTESIERK. *Vol.* 2.

75) De ulcere tonsillarum (*Mémoires de l'académie de médecine de Montpellier.* — *Journal de médecine. T.* 31.).

76) *Actes de la Soc. R. de médecine. Vol.* 2.

77) *Opuscoli interessanti. Torino* 1777.

NI [78]), BERTRANDI [79]), GHISI [80]), ANT. HAEN [81]), MARC. ANT. PLENCIZ [82]), ANGELUS ZULATTUS [83]), J. E. G. SCHMIDT [84]), COLDEN *), MART. LANGHANS [85]), TISSOT [86]), LANDEUTTE [87]), DUPUI DE LA

78) *Trattato di chirurgia.* T. 2. p. 42.

79) *Opere anatomiche e cerusiche.* T. I. p. 571.

80) *Lettere mediche.* Cremon. 1748.

81) Rat. med. T. I. p. 96—149. (De epidemia a. 1747—1748 Hagae deque aliis serius Vindobonae observatis).

82) Opp. med. Tract. III. Vindob. 1762. Habetur versio, qua utor, Germanica auct. PFLUG. *Leipz. und Koppenhagen* 1779. (Describitur graphice scarlatina ab a. 1740. usque ad a. 1760. Vindobonae observata. Vere dicit PFLUG: „*Gegenwärtige Abhandlung ist die gründlichste, welche bisher über das Scharlachfieber bekannt geworden ist*"). Et PLENCIZII filius animadversiones de scarlatina scripsit in: MOHRENHEIM's *Wienerischen Beiträgen.* 2. *B.* p. 39.

83) *Giornale di medicina di* PIETRO ORTESCHI. T. 2. No. XXIX. (Epidemia quae 1763. Cephaloniae vicinisque in locis saeviebat).

84) Epistola de febre scarlatina. Hannov. 1753.

*) *In medical observations and inquiries by a society of physicians in London. Vol. I.* 1758. (Epidemia Americae septentrionalis a. 1734. sub forma anginae gangraenosae).

85) Brevis delineatio morbi qui a. 1752. in valle Simmia epidemice grassatus est; in act. Helvet. T. II. p. 260. Et: *Beschreibung verschiedener Merkwürdigkeiten des Simmenthales. Zürich* 1758.

86) *Avis au peuple* §. 117—122. (Epidemia Lausanniensis a. 1761. „*D'un mal de gorge ulcéré*").

la Porcherie [88]), Wilke [89]), Boehmer [90]), Wilhelm [91]), Sauvages [92]), Desessarts [93]), J. H. Keetell [94]), G. F. H. Brunning [95]), Schönmetzel [96]), Jo. Eichel [97]), C. J. de Meza [98]), Aas-

87) *Journal de médecine.* 1763. *T.* 18. p. 509. (Scarlatina a. 1761. sporadica Parisiis).

88) *Journal de médecine.* 1763. *T.* 18. p. 496. (Scarlatina a. 1761. sporadica Parisiis).

89) Diss. de angina infantum in patria (Suecia) recentioribus annis (1757—1764.) observata. Upsalae 1764.

90) Diss. de febre scarlatina epidemice hactenus grassante. Hal. 1764. 4.

91) Hist. febris scarlat. a. 1766. Herbipoli epidemice grassantis. Würceb. 1766.

92) Nosologia method. Edit. 4. T. I. Class. III. G. 8. Sp. 6. p. 454. (Scarlatina epidemica a. 1765. Montispessulana).

93) *Mémoires et observations sur la petite vérole et sur la complication de cette maladie avec la fièvre scarlatine* etc. In: *Mémoires de l'institut national des sciences et arts. T. I.* p. 405. Et: *Samml. auserles. Abhandlungen für pr. Aerzte. B.* 18. *St.* 4. p. 511. (Scarlatina a. 1770.).

94) Diss. de angina epidemica quae a. 1769 et 1770. per urbem Trajectinam grassata est.

95) Constitutio epidemica Essendiensis a. 1769—1770. sistens historiam febris scarlatino-miliaris anginosae. Vesal. et Lips. 1772.

96) Diss. de scarlatina annis 1775—76. grassata. Heidelberg. 1779.

97) Scarlatinae constitutio epidemica annorum 1776 et 1777. (Act. soc. reg. Hafniensis. Vol. II. p. 1.).

98) De scarlatina maligna aestate 1777. et hyeme 1778. Hafniae epidemice observata. (Ibid. Vol. II. p. 63.).

AASKOW [99]), BANG [100]), F. VAN DER BREGGEN [101]), B. WILMER *), L. BICKER [102]), J. JOHNSTONE [103]), W. WITHERING [104]), CLARK [105]), PERCIVAL [106]), J. HAG-

Ejusd. Succincta de animadversis circa scarlatinam anginosam Hafniae a. 1787. epidemicam enarratio. (Ibid. Vol. III. p. 81.).

99) Observationes practicae de scarlatina epidemica (in Dania, Holsatia et Finnia) a. 1777 et 1778. (Ibid. Vol. II. p. 91.).

100) Descriptio anginae cum scarlatina Hafniae annis 1777 et 1778. epidemicae. (Ibid. Vol. II. p. 74.).

101) *Iets over de Scharlaken - Koorts.* (*Geneesk. Genootsch. Amsterdam. Arti Salutiferae. Deel* 1. *St.* 2. *Bl.* 156.).

*) *Cases and remarks in surgery. Lond.* 1779. p. 82.

102) *Beschryving eener doorgaande Scharlaken - Koorts, gemeenlyk rood Vonk genoemd, zo als die in de laatste maanden van het Jaar* 1778. *en in de eerste van het Jaar* 1779*te. Rotterdam geregeerd heft.* (*Verhandelingen van der bataafsch genootschap der proefondervindelyke Wysbegeerde te Rotterdam. Deel* 4. p. 245.). Et: *Samml. auserl. Abh. für pr. Aerzte. B.* 9. *St.* 1. p. 132 — 192.

103) *Remarks on the angina and scarlat fever of* 1778. (*Mem. of the medical society of London. Vol.* 3. p. 355.).

104) *An account of the scarlat - fever and sore - throat or scarlatina anginosa, particularly as it appeared at Birmingham in the year* 1778. *Lond.* 1779. Versio Germanica auctore SAUER. *Frankf. a. M.* 1781. Cfr. *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte. B.* 5. (Epidem. a. 1778. 1779. Birminghamensis).

105) *Observations on fever attended with ulcerated sore-*

HAGSTRÖM [107]), L. G. WAGNER [108]), J. J. WEDEMEYER [109]), MELCH. AEPLI [110]), ZINKE [111]), THOMANN [112]), NELLE [113]), J. E. E. ZIEGLER [114]), J. SIMS [115]), J. C. LETTSOM [116]), G. GRUNDMANN [117]),

 RUSH [118]),

throat, as it appeared at Newcastle upon Tyne the year 1778.

106) *Essays medical and experimental. Lond.* 1772.

107) *Anmärkningar om den Skarlakans-feber, om varit gängbar i Stockholm innevarandëar* 1790. (*Svenska Vetensk. Head. Nya Hane.* A. 1790. p. 232.) *Bemerkungen über das Scharlachfieber das in Stockholm epidemisch war.* (*Neue Schwedische Acad. Abhandlungen. J.* 1790. p. 218. Et: *Samml. auserl. Abh. für pr. Aerzte. B.* 14. *St.* 3. p. 463.).

108) *Frankfurter medicinisches Wochenblatt.* 1783. *St.* 23. (Epidemia Hassiensis. a. 1782. 1783).

109) Diss. hist. scarlatinae nuper Gottingae grassatae. Gotting. 1785.

110) *Beschreibung eines epidemischen Scharlachfiebers in der Gegend von Dissenhoven. v.* RAHN. *Gazett.* p. 251.

111) Diss. de epidem. febr. scarlatinae Saalburgae grassatae. 1786.

112) Diss. historia epidemiae scarlatinae Gröningae a. 1786. Gröning. 1787.

113) Diss. de epidemia scarlatinae in Norwegiae oppido Frederikshald annis 1787 seq. observata. Gotting. 1793.

114) *Beobachtungen aus der Arzneiwissenschaft. Leipz.* 1787. p. 93.

115) *Of the scarlatina anginosa as it appeared in London in the year* 1786. (*Mem. of the medical society of Lond. Vol. I.* p. 388.).

116) *Cursory remarks on the appearence of the angina scar-*

Rush [118]), G. Ueberlacher *), Schaeffer [119]), Kortum [120]), Wolf [121]), Masius [122]), Sauter [123]), Harless [124]), Fischer [125]), Jördens [126]), N. Chambon [127]), Israel Allen [128]), Robert [129]), Descemet [130]),

latina, *in spring of* 1793. (*Mem. of the medical society of London. Vol.* 4. p. 280.).

117) *Abriss einer Scharlachfieberepidemie von* 1786—87. (Hohensteinii).

118) *Medical inquiries and observat. Philadelph. and Lond.* 1789. p. 102.

*) *Untersuchungen über das Scharlachfieber. Wien* 1789.

119) In: *Hufeland's Journal der pr. Heilk. B.* 6. *St.* 2. p. 243. (Epidemia Ratisbonensis. a. 1797).

120) Ibid. *B.* 7. *St.* 3. p. 25. (Epidemia Stollbergensis a. 1798).

121) Ibid. *B.* 10. *St.* 4. p. 189. (Scarlatina a. 1801—1803. Varsoviae grassata).

122) Ibid. *B.* 11. *St.* 4. p. 49. (Scarlatina Suerini a. 1803. visa).

123) Ibid. *B.* 12. *St.* 2. p. 77. (Epidemia a. 1797. Allenburgi).

124) Ibid. *St.* 1. p. 132—153. (Scarlatina Erlangae a. 1799—1800). Idem egregius Harless de epidemia hujus morbi quae a. 1802. Philadelphiae obvenit, rationem reddit in diario suo: *Journal der ausländischen med. chir. Literatur. B.* 10. *St.* 22. p. 74.

125) *Hufeland's Journ. der pr. Heilk. B.* 13. *St.* 4. p. 23. (Epidemia Saxon. infer. a. 1799—1802).

126) Ibid. *B.* 14. *St.* 4. p. 98. (Epidemia a. 1799—1800. in urbe Onoldina Hof).

127) *Des maladies des enfans. Paris an VII. T.* 2. p. 250—272. (Epidemia Parisiensis ejusdem anni).

128) *Treatise on the scarlatina anginosa* etc. 1799.

-MET [130]), CARRON [131]), THOM. LAUTH [132]), SAM. HAHNEMANN [133]), PEART [134]), FR. L. KREYSIG [135]), JUST. ARNEMANN [136]), L. CH. W. CAPPEL [137]), W. BLACK-

129) *Reflexions sur la fièvre scarlatine, soit sporadique soit epidémique observée à diverses époques tant dans la ville de Langres que dans son arrondissement* (*Annales de la société de médecine de Montpellier. T.* 35. p. 313.).

130) *Mémoire sur le traitement de la rougeole et de la fièvre scarlatine* (SEDILLOT *recueil périodique de la société de médecine de Paris. T.* 6. p. 419.).

131) *Description de la fièvre scarlatine qui a regné dans la ville et le district d'Annecy.* (Ibid. p. 353.).

132) *Vom Witterungszustande, dem Scharlachfieber und dem bösen Hals. Strasburg* 1800.

133) *Heilung und Verhüthung des Scharlachfiebers. Leipz.* 1801. (Epid. Helmstadiensis etc. a. 1799).

134) *Practical information on the malignant scarlat-fever and sore-throat. Lond.* 1802.

135) *Abhandlung über das Scharlachfieber, nebst Beschreibung einer bösartigen epidemischen Frieselkrankheit, welche im Februar* 1801. *in Wittenberg herrschte. Leipz.* 1802. Et: *Hufeland's Journ. B.* 12. *St.* 3. Praeterea nuperrime: *Ueber das Scharlachfieber.* In: *Literarische Annalen der gesammten Heilkunde von* J. F. C. HECKER. *Jahrg.* 2. 1826. *März* p. 273. *April* p. 401.

136) *Einige Bemerkungen über das seit einigen Jahren in Göttingen herrschende Scharlachfieber, nebst einem Nachtrage. Götting.* 1802.

137) *Abhandlung vom Scharlachausschlage. Gött.* 1803. (Scarlatina ab a. 1794. usque ad 1803. Göttingam affligens describitur).

Blackburne [138]), Ch. A. Struve [139]), Filter [140]), Joan. Speun [141]), Moerken [142]), H. Ettmüller [143]), Schmoeger [144]), Heberden [145]), G. W. Becker [146]), J. G. Bremser *), L. Macartan [147]), R. Willan [148]), Dürr [149]), Stieglitz [150]), P. Kolbany [151]), Tel-

138) *Facts and observations, concerning the prevention and cure of the scarlat-fever, with some remarks on the origine of acute contagions in general. Lond.* 1803. (Historia scarlatinae quae in schola quadam prope Londinum hoc tempore grassabatur).

139) *Untersuchungen und Erfahrungen über die Scharlachkrankheit. Hannover* 1803. (Epidemia Goerlicii a. 1792. 1796. 1798. 1801. observata).

140) *Hufeland's Journ. B.* 19. *St.* 1. (Epidemia a. 1799 — 1803 Nordhusae).

141) Ibid. *St.* 2. p. 182. (Epidemia Magdeburgensis a. 1800 — 1803).

142) Ibid. *St.* 3. p. 78 — 132. (Epidemia Marienverdae a. 1801 — 1802.).

143) Ibid. *B.* 20. *St.* 4. (Epidemia a. 1803. Jutroboci visa).

144) Ibid. *B.* 22. *St.* 2. p. 122. (Epidemia a. 1800. Plauen observata).

145) Comment. de morbor. histor. et curat. p. 15.

146) *Das Scharlachfieber. Berlin* 1804.

*) *Ein Paar Worte über die Scharlachkrankheiten und die Masern. An Eltern. Wien* 1806.

147) *Observations sur la scarlatine.* (Sedillot *récueil périodique de la société de médecine de Paris. T.* 47. p. 103. 320. 324. 325.).

148) *Report of the diseases of London. London* 1807. Praeterea inter omnes de morbis cutis scriptores R. Willan una cum auctore versionis Germanicae ejus-

Tellegen [152]), Wood [153]), Pistollet [154]), G. Ch. Reich [155]), Dähne [156]), E. Horn [157]), Hegewisch [158]), Heim [159]), G. E. Kletten [160]), Bayle [161]), Meglin [162]),

dem operis, Dr. Friese, optime de scarlatina egerunt.

149) *Hufeland's Journ. der pr. Heilkunde.* B. 28. *St.* 5. (Scarlatina epidem. a. 1809. Pegaviae grassata).

150) *Versuch einer Prüfung und Besserung der jetzt gewöhnlichen Behandlungsart des Scharlachfiebers. Hannover* 1807.

151) *Neueste Erfahrungen über die Heilkraft der Currieschen Methode im Scharlach- und Typhusfieber. (Abhandlung der physicalisch-medicinischen Facultät in Erlangen.* B. 1. p. 475.). — *Fernere Nachrichten von der glücklichen Anwendung des kalten und warmen Wassers im Scharlachfieber. Presb.* 1808.

152) Quaedam observationes in scarlatinam. Gröning. 1808.

153) *Medical and physical Journal.* 1808. *Febr.*

154) *Dissertation sur une scarlatine angineuse qui a regné à Langres* etc. *Paris* 1809.

155) *Neue Aufschlüsse über die Natur und Heilung des Scharlachfiebers. Halle und Berlin* 1810.

156) *Beitrag zur Aetiologie und Kur des Scharlach- oder Häutungsfiebers. Leipz.* 1810.

157) *Archiv für med. Erfahrung.* 1811. *St.* 2. p. 250. *St.* 3. p. 483. (Epidemia scarl. Berolini a. 1811).

158) Ibid. *B.* 10. *St.* 1.

159) Ibid. 1811.

160) De varia malignitatis ratione in febre scarlatinosa observationibus illustrat. Lips. 1811.

161) *Rapport sur un mémoire intitulé: „Histoire de l'épidémie de scarlatine qui a regné à Entrecasteaux, arrondissement de Brignoles, département du Var, pendant les mois de Juin et Septembre* 1809. *par* J. J.

LIN [162]), HUFELAND [163]), GREINER [164]), M. VALENTI [165]), S. PADRONAGGIO [166]), LEGNER [167]), FIELD [168]), F. WALDRON [169]), JOANN. ARMSTRONG [170]), LANTHIEZ *), J. ZERONI [171]), J. WENDT [172]), PFEUFER [173]),

FAUCHIER. (*Bulletin de la soc. de med. de Paris. A.* 1811. p. 104.).

162) *Journal de médecine par* CORVISART. *T.* 23. *Avril* 1812. (Epid. scarlatin. a. 1811. Colmari observata). In tomo praecedente hujus diarii (*Février* p. 116.), observationes continentur a BAYLE, FIZEAU, LAENNEC et SAVARY circa scarlatinam a. 1811. Parisiis epidemice grassantem).

163) *Journal der pract. Heilkunde. B.* 32. *St.* 6. p. 16. (Epidem. scarl. Berolin. a. 1811.).

164) *Einige Ideen und Erfahrungen über das Scharlachfieber und die Nachkrankheiten desselben.* (*Allgemeine med. Annalen des zweyten Jahrzehends.* 1815. *Mai*).

165) *Discorso sulla scarlatina. Palermo* 1816.

166) *Giudizio sulla scarlatina. Palermo* 1816.

167) In: KAUSCH *Memorab. der Heilkunde. B.* 3. (Epid. scarlat. a. 1816. in Silesia).

168) *The London medical Repository. T. V.* 1817.

169) *Osservazioni sulla febbre scarlatina anginosa.* (*Giornale della società med. chirurg. di Parma. Vol.* 12. p. 240.).

170) *Practical illustrations of the Scarlat-fever, meesles, pulmonary consumption and chronic diseases* etc. *Lond.* 1818.

*) *Diss. sur la scarlatine qui a régné épidémiquement à Baralle, en* 1819. *Paris.*

171) *Beobachtungen gezogen aus einer Epidemie des Scharlachfiebers, welche in Mannheim und dessen*

FER[173]), WESTBERG[174]), ALBERS[175]), A. FRÖLICH[176]), F. A. G. BERNDT[177]), DUFTSCHMID *)), J. H. KOPP[178]), ANDRAE[179]), SCHNEIDER[180]), MURRAY[181]), KRU-

Umgebungen während der ersten Hälfte des Jahres 1819 *herrschte* etc. *Mannheim* 1819.

172) *Das Wesen, die Bedeutung und ärztliche Behandlung des Scharlachfiebers. Breslau* 1819. — *Einiges über die gegenwärtige Scharlachfieberepidemie mit einem kurzen Epilog für H. Doctor* SIMON. (RUST's *Magazin für die gesammte Heilkunde. B.* 21. *Heft* 3. p. 572.).

173) *Der Scharlach, sein Wesen und seine Behandlung, mit besonderer Berücksichtigung des* 1818. *zu Bamberg herrschenden Scharlachs. Bamberg und Würzburg* 1819.

174) *Svenska Läkare — Sällskapets Handlingar. T.* 2. 1820. (Scarlatina a. 1819. in Suecia epidemica).

175) *Med. chir. Zeitung* 1820. *B.* 3. *St.* 3.

176) *Abhandlung über die kräftige, sichere und schnelle Wirkung der Uebergiessungen oder der Bäder von kaltem und lauwarmen Wasser im Faul-, Nerven-, Gallen-, Brenn- und Scharlachfieber* etc. *Wien* 1820. Et: *Gründliche Darstellung des Heilverfahrens in entzündlichen Fiebern überhaupt und insbesondere im Scharlach, mittelst der Anwendung des lauwarmen, kühlen und kalten Wassers* etc. *Wien* 1824.

177) *Die Scharlachepidemie im cüstrinischen Kreise in den J.* 1817, 1818 *und* 1819, *und die aus solchen gezogenen Bemerkungen, so wie die mit der Belladonna als Schutzmittel angestellten Versuche. Leipzig und Berlin* 1820. Et: HUFELAND's *Journal der pract. Heilkunde* 1820. *August.*

*) Tractatus de scarlatina 1820.

178) *Beobachtungen im Gebiethe der ausübenden Heil-*

Krukenberg [182]), J. Harder [183]), W. Macmichuel *), H. A. Goeden [184]), A. V. Boehm [185]), Huntt [186]), H. Boehm [187]), C. Marawetz [188]), Fr. Fischer [189]),

kunde 1821. *No.* 17. (Epidem. scarlat. a. 1818 et 1819. Hanoviae visa).

179) Harless *Jahrbücher der deutschen Med. und Chir. B.* 2. *St.* 2. (Scarlat. a. 1819.).

180) Med. pract. Adversarien. 1821. (Scarlat. a. 1819. Ettingae in Ducatu Badensi regnans).

181) *The Edinburgh medical and surgical Journal* 1821. *October.* (Epid. scarlat. a. 1819. Aberdoniae observata).

182) *Jahrbücher der ambulatorischen Klinik von Halle* 1820. *B.* 1. *Abtheil.* 9.

183) *Vermischte Abhandlungen aus dem Gebiethe der Heilkunde von einer Gesellschaft practischer Aerzte zu St. Petersburg. Erste Sammlung.* 1821.

*) *A new view of the infection of scarlet fever, illustrated by remarks on other contagious disorders. Lond.* 1822. 8.

184) *Von dem Wesen und der Heilmethode des Scharlachfiebers. Ein Versuch in der wissenschaftlichen Praxis. Breslau* 1822. — Et: Hufeland's *Journal der pr. Heilk.* 1826. *Supplementheft* p. 90.

185) *Practische Abhandlung über das Scharlachfieber. Prag* 1823.

186) Froriep's *Notizen aus dem Gebiethe der Natur- und Heilkunde.* 1823. *No.* 77. (Epidem. a. 1821. Washingtonii notata).

187) *Einige Bemerkungen über die im Jahre* 1822. *in Wien im Alserbezirke herrschende Scharlachepidemie.* (*Medicin. Jahrbücher des K. K. Oesterreichischen Staates. Neue Folge. B.* 2. *St.* 1. p. 33.).

188) *Beschreibung der in der K. Stadt Pilgram, Taborer*

Fischer [189]), Schenk [190]), J. A. Pitschaft [191]), Simon junior [192]), Gendron [193]), Stiebel *) etc. [194]).

Super-

Kreises in Böhmen, vom 20. July 1822. bis 30. Juny 1823. epidemisch herrschenden Scharlachkrankheit. (Ibid. p. 39.).

189) *Ein Beitrag zur Therapie der Nachkrankheiten des Scharlachs.* (Hufeland's *Journal der pract. Heilk.* 1824. *Febr.* p. 50.).

190) Ibid. *Heft* 4.

191) *Ein Wort als Vortrag über das Scharlachfieber, seine Natur und Behandlung in prophylactisch-theurapeutischer Beziehung.* (*Annalen der gesammten Heilkunde unter der Redaction der Badischen Sanitätskommission. Jahrgang I. Heft* 1. *Karlsruhe* 1824. p. 117.).

192) In: Horn's *Archiv für med. Erfahrung.* 1824. *Ueber die Beziehung des Geh. Med. Raths* Wendt *in Breslau auf meine erste Abhandlung vom Scharlach in den drey ersten Heften dieses Archivs. Jahrgang* 1824. Continuatio ibid. 1825. *Mai und Juny.* p. 491. — 1826. *Julius, August.* p. 24. — 1827. *März, April.* p. 285.

193) *Sur une angine coenneuse qui a regné d'une manière épidémique dans le canton du Château-Renault et dans d'autres bourgs de l'arrondissement de Tours.* (*Journal complément. du Dictionnaire des sciences médicales.* 1826.).

*) *Beitrag zur nähern Kenntniss einiger Formen des Scharlachs.* (Rust *Magaz. für die gesammt. Heilk.* B. 24. *Heft* 1. p. 161.).

194) *Journal de médecine.* 1763. *T.* 18. (*Observations sur les maladies qui ont regné à Paris depuis* 1707. *jusques à* 1747.). — *Gazette de santé* 1788. p. 27. — *Journal de médecine par* Roux. *T.* 66. p. 491. (Scarlatina

Supersunt praeterea plurimae adhuc dissertationes inaugurales de scarlatina in genere [195]). Nec tracta-

a. 1786 — 87.). — *Entwurf einer Darstellung des Scharlachexanthems nach dem Princip der Erregungstheorie.* 1802. — *Journal complémentaire du Dict. des sciences médicales. T.* 21. *Cahier* 82. *Août* 1825.

195) Egger diss. de angina maligna. Altd. 1734. — A. M. Buettner diss. de purpura rubra et alba. Kiel. 1770. — J. F. C. Kramer diss. de febre rubra, vulgo scarlatina dicta. Giess. 1775. — Van der Belen diss. de febre scarlatina. v. Collect. diss. Lovan. — Luther diss. de scarlatina maligna. Erf. 1777. — Hacken diss. de febre scarlatina. Gotting. 1781. — Moll diss. de febre scarlatina anginosa. Harderov. 1781. — Coventry diss. de scarlatina synanchica. Edinb. 1783. — Vogel diss. de febre scarlatina. Frib. 1783. — Plouquet diss. Porphyrisma in Helvetia observatum. Tub. 1789. — Brodly diss. de discrimine, quod scarlatinam et cynanchen malignam intercedit. Edinb. 1791. — Acrel diss. de febre scarlatina. Upsal. 1791. — Blake diss. de febre scarlatina. Edinb. 1793. — Khittel diss. de febre scarlatina. Hal. 1793. — Otto diss. sistens observationes in tres scarlatinae epidemias. Francof. 1793. — Hadge diss. de febre scarlatina. Edinb. 1795. — Scutt diss. de scarlatina anginosa. Edinb. 1795. — Harvey diss. de scarlatina. Edinb. 1795. — Titius diss. de scarlatina observationes et meletemata quaedam. Viteb. 1796. — Machui diss. de scarlatina et intumescentia totius corporis, ut sequela scarlatinae. Francof. 1797. — Castner diss. de febris scarlatinae epidemicae anni 1796. historia. Francof. 1797. — M. Williamson *diss. on the scarlet-fever attended with ulcerated Sore-*

tractatuum de hoc exanthemate in compendiis medico practicis [196]) et in operibus de infantum morbis [197]) obliviscendum.

§. II.

Throat. Philadelph. 1798. — Miede diss. de febre scarlatina. Erford. 1800. — Polemann diss. de contagiis, cum historia febris scarlatinae contagiosae. Jen. 1800. — Krumeich diss. de febre scarlatina. Marburg. 1801. — Lynch diss. de scarlat. anginosa. Edinb. 1802. — Walch diss. de cognoscenda et curanda scarlatina. Jenae 1803. — Goeden diss. de scarlatinae historia. Jenae 1805. 4. — Werneke diss. de febre scarlatina. — Voisin *diss. sur la scarlatine. Paris* 1806. 4. — Van Everboeck diss. de febre searlatina, potissimum de rebus in doctrina hujus morbi inter medicos recentissimos gestis. Erf. 1808. — A. G. Crusius diss. de febris scarlatinae therapia simplicissima. Rintelii 1808. — Flatow diss. de aquae frigidae usu in scarlatina. Halae 1810. — Wendt diss. de inflammationis scarlatinosae natura et indole. Breslav. 1812. — G. V. A. Charpentier *diss. sur la scarlatine. Paris* 1812. 4. — L. Marouseau *de la scarlatine. Paris* 1815. — J. C. Dunoyer *diss. sur la scarlatine. Paris* 1815. — Zsolnay diss. de scarlatina. Vienn. 1816. — Slooten diss. de scarlatina. Gröning. 1822. — L. Hollander's diss. de scarlatina. Lüttich 1822. — Christ. Frieder. Häntsch diss. de scarlatina. Lipsiae 1822. 4. — Jo. Gottl. Zöllner diss. de scarlatina. Berolini 1823. — J. H. Behne *der Scharlach. Würzb.* 1825. 8. — Th. Ester diss. de febre scarlatina ejusdemque morbis secundariis. Koenigsb. 1826.

196) Will. Cullen *First lines of the practice of physic. Edinburgh.* 1788. *T. II. Chap.* 4. p. 187. — J.

§. II.

Symptomata. Necroscopia.

Scarlatina levis.

1. *Scarlatina* interdum adeo *levis* est, ut praeter quandam faucium affectionem (de qua pueri nonnisi consulto suscitati conquerere solent), cutisque fere imperceptibilem ruborem, nullum observetur phaenomenon morbosum, donec subsequa desquamatio aut anasarca praegressam illis aegritudinem patefaciat [1]). In genere tamen scarlatina, ut ut levis, sensu debilitatis, morositate et vaga horripilatione ingruit. Sequitur caloris lene augmentum, pulsu sano quidquam frequentiore, obscuro [2]) et variabili reddito. Hisce sympto-

B. Burserius de Kanifeld Institutionum medicinae practicae. Vol. secundum. §. 58. Mediolani 1785. 4. — S. G. Vogel *Handbuch der praktischen Arzneywissenschaft zum Gebrauche für angehende Aerzte.* 2. *Aufl. Stendal* 1784. *Th.* 3. *Kap.* 5. — J. P. Frank Epitome de curandis hominum morbis. Lib. III. Cl. III. O. I. Gen. II. p. 62. Manheimii 1792. — J. Ch. Reil *Fieberlehre.* 5. *B.* — Franc. ab Hildenbrand Institut. practico-med. T. IV. p. 371—412.

197) P. I. Vol. I. Sect. I. §. IX, 5. §. X, 8. §. XI, 13.

1) Sic vicibus innumerabilibus praecipue inter vulgum pauperesque observavi.

2) Pulsuum haec conditio vix aliter designanda, nostro in morbo adeo specifica est, ut ex ea latentem scarlatinam vel oculis clausis dignoscere plerumque possem. Jam in prima hujusmet operis editione attentionem medicorum ad specificam hanc pulsuum in scarlatina conditionem solicitavi; ast incassum. Si enim Pfeu-

symptomatibus ocyus serius faucium affectio adsociatur. Haec sese plerumque dolore, potissimum sub deglutitionis opere manifestat. Examinatis faucibus tonsillae solito plus rubrae, punctisque albis notatae apparent. Rubor plerumque ad partes adjacentes extenditur. Interdum nil nisi striam rubram per palatum molle sub uvula decurrentem, vix dolorem aut deglutitionis difficultatem gignentem animadvertes. Saepissime linguae papillae ruberrimae, elevatae [3]). Motus febrilis horis vespertinis augetur. Somnus irrequietus aut solito profundior. Primo ad finem vergente nychthemero, sive secundo incipiente, praevio interdum tali sensu ac si cutis aciculis pungeretur, exanthema sub forma punctulorum innumerabilium, macularumque ad figuram rotundam tendentium, brevi confluentium, primùm ad faciem, jugulum et pectus, dein ad brachia, crura et ad abdomen in conspectum venit. Color exanthematis ab initio est ex pallido coccineus, veluti quis verecundiae gratia erubesceret, deinde vero

FERUM (l. c. p. 14.) de pulsu parvo et contracto loquentem excipiam, nemo de morbo nostro nuper scribens, phaenomenon de quo agitur, pro merito extulit.

3) Papillas linguae colore rubro splendente obductas, solitoque magis prominentes, ut certum latentis scarlatinae indicium adducit W. H. MATON, in: *Med. Transactions by the college of Physicians in London. Vol. 5.*

vero obscure ruber *). Si digito cutis comprimitur, rubor evanescit, et ablata compressione redit. Etiamsi peracta exanthematis eruptione, universa cutis rubeat, calor tamen illius jam sanum vix excedit. Generatim motus febriles una cum faucium adfectione, tertio ingruente nychthemero aut remittunt, aut evanescunt. Jam tertio, quarto ab eruptione die, non raro quaedam desquamatio sub forma furfurum, praecipue ad extremitates et genas, animadvertitur. Circa hoc tempus exanthema decrescit, donec idem septimo sive octavo die morbi, comparente ampliore desquamatione, omnino evanescat. Simul aut sudor universalis, aut lenis alvi fluxus, aut, quod saepissime vidimus, urina cum sedimento puriformi, furfuraceo, aegritudini finem imponunt.

Scarlatina gravis.

2. *Scarlatina gravis* lassitudine, morositate, tristitia, capitis pondere, lumbagine, rigiditate musculorum nuchae et maxillae inferioris [4]), raucedine et quandoque faucium affectione ingruit [5]). Accedit horror, interdum admodum protractus [6]), quem

*) Bateman *A practical synopsis of cutaneous diseases.* 5. *edit. Lond.* 1819. *Plat. XXII.* — Rayer *Traité théorique et pratique des maladies de la peau. Paris* 1826. *Planche I. fig.* 3.

4) B. Wilmer l. c.

5) Faucium affectionem scenam aperuisse pluries vidi, videruntque Eichel, Hagestroem, Schönmetzel, Loisy etc.

6) Duodecim horarum observavit Loisy l. c. p. 265.

quem aestus saepe praemagnus 7) excipit. Eo vigente, facies accensa, oculi fulgentes, rubri; cutis sicca, ardens. Pulsus frequens, saepe depressus, densus 8), quandoque durus. Sitis. Examinatis progrediente morbo faucibus, rubor coccineus tonsillarum, palati, veli penduli, linguae *) et gingivarum, saepe sine istiusmodi partium magno tumore, conspicitur 9). Deglutitio nihilominus molestissima. Aliàs tonsillarum (exulceratarum, materia puriformi obductarum) tumor extus quoque tactu percipitur 10). Tument saepe glandulae submaxillares, quin imo, ut saepe cum aliis 11) observavimus, ipsae parotides. Ingesta vel

7) Ad 112° Th. Fahrenh. apud Willan (*Die Hautkrankheiten und deren Behandlung. A. d. E. Breslau* 1799. p. 202.).

8) Plenciz l. c. obs. VII.

*) Bateman *Plat.* XXIII. *fig.* 1.

9) Henning (*Hufeland's Journal der pr. Heilkunde. B.* 43. *St.* 3. p. 98.) memorabile tamen exemplum scarlatinae refert, ubi in cavitate oris nihil morbosi conspiciebatur, aegrota vero nihilominus perfectâ laborabat dysphagia, sane ob vim morbi oesophagum detinentem.

10) Bichero (l. c.) jam adnotante.

11) Warnekros (*Hufeland's Journal der pr. Heilkunde. B.* 50. *St.* 3. p. 104.) epidemiam scarlatinae describit, quae *sub forma parotidis* latitabat. Similes a Goeden (ibid. l. c.) et a Lemercier (*Journal complémentaire du dictionnaire des sciences médicales. T. XXI. cah.* 82.) notatae fuere.

vel ex oris angulis cum saliva, aliquando cruentâ [12]), defluunt, vel per nares redeunt, superaccedentibus impotentiâ verba rite articulandi, tussi [13]), voce nasali, interdum raucâ, stridulâ. Exanthema modo citius modo tardius quam in scarlatina miti erumpit. Vidimus illud tertio tantum die in conspectum venisse, viderunt alii quarto [14]). Aeger ab initio cancri cocti instar rubet; serius color illi cinnabaris et betae rubrae potius similis est. Praeter cutis rubedinem et *papulae miliformes* vel *phlyctaenae* haud raro comparent. Manus interdum ita tument, ut aeger digitos flectere nequeat. Et faciei palpebrarumque intumescentia nonnunquam observatur [16]). Partes tumidae attactum aegre ferunt [17]). Peracta eruptione, symptomata vix remittunt, imo potius invalescunt. Potissimum vesperi et noctu manifesta observatur exacerbatio, haud raro cum delirio, sopore, epistaxi, odontalgia [18]), trismo [19]), respiratione anhelosa, calida, suspiriis. Alii vomitum [20]), diarrhoeam [21]), obstructionem alvi [22]), abdo-

12) Plenciz l. c. p. 20. 13) Sims l. c. p. 405.

14) Heberden l. c. p. 20.

16) Bicker l. c. p. 145. — Stieglitz l. c. p. 110. Vide infra exemplum clinici instituti Vilnensis.

17) Sims l. c. 18) Eichel (l. c.) in epidemia a. 1764.

19) Withering l. c. p. 18. 21. — Willan l. c. p. 261. — Kopp l. c.

20) Effrenis erat vomitus ingruente morbo apud Hagenstroem in scarlatina a. 1790.

abdominis dolores, dysuriam, tenesmum [23]) experiuntur. Urina modo profunde tincta, modo veluti cruenta, modo puriformis. Oris cavitas haud raro aphthis obsidetur. Nares rubrae, siccae. Nisi aeger suffocatus aut apoplecticus moriatur, febris plerumque sexto aut septimo die, ampla accedente desquamatione solvitur. Interdum illa ad tertiam hebdomadem vel ad quadragesimum diem [24]) protrahitur.

3. *Scarlatina gravissima* cum ingenti virium prostratione ac vertigine incipit; sequitur frigus, succedentibus calore, acutissimoque capitis dolore. Pulsus utplurimum frequentes, parvi, interdum ab initio morbi, pleni et duri. Urina pallida. Urgent anxietas, diarrhoea et vomitus; accedunt lipothymiae, suspiria, vigiliae aut sopores. Oculi fiunt turbidi, rubri et lacrymantes. Aeger, vel sub ipsa deglutitione, sensum constrictionis potius quam doloris in faucibus percipit. Hae si examinentur, maculae ex albo cinereae, circulo rubro aut livido circumdatae, cito livescen- Scarlatina gravissima.

21) Diarrhoea familiaris erat in epidemia scarlatinae a ZINKEO (l. c. p. 6.) descripta. Ea simul cum vomitu saeviebat in epidemia a J. JOHNSTON, PFEUFER etc. notata. Legatur et JAUZION *faits de médecine:* 1° *fièvre puerperale compliquée de fièvre scarlatine avec cholera morbus dans son début.* (*Annales de la société de médecine de Montpellier.* T. 17. p. 65.)

22) GRUNDMANN l. c. 23) EICHEL l. c.

24) VOGEL's *Handbuch.* *Th.* 3. p. 235.

livescentes vel nigricantes, praecipue ad tonsillas, cernuntur 25). Nonnunquam et narium cavitates simili pacto laborant. Halitus maxime foetet 26), ac acerrimus ichor ex partibus gangraenâ correptis manat, qui, ab infantibus deglutitus, ventriculum et intestina affligit, vel in pulmones depluens, varias hìc excitat turbas. Urgent tumores parotidum, ptyalismus et aphthae. Interdum collum cum suffocationis periculo riget atque intumescit 27). Primo vel secundo die, aliquando serius, exanthema, nunc levigatum, nunc miliforme, nunc pustulosum, mox rubrum, mox lividum 28), prodit. Occurrunt simul peticulae *), ecchymomata 29), vibices, miliaria, haemorrhagiae, subsultus tendinum, singultus. Interdum gangraena per tubam Eustachii ad aurem proserpens, tympanum destruit. Plurimi

25) Severinus (l. c.) de epidemia Neapoli a. 1618. grassata sic scribit: „Crustosa et pestilentia tonsillarum ulcera nullo praecedente fluxu incipiunt . . . . ulcera sunt partim alba, maculis similia, partim cinerea aut crustosa.“

26) „. . . . .intolerabilem putredinis odorem exhalant.“ (Severinus l. c.).

27) „Colli glandulae intumescunt et ad thoracem usque latum excurrit oedema.“ (Severinus l. c.).

28) Vestis episcopalis instar livebat aegrotus scarlatinâ gravissimâ a. 1817. mense Martio in clinico instituto Vilnensi decumbens.

*) Bateman *Plat.* XXIII. *fig.* 3.

29) Innumerabilia erant apud Withering (l. c.).

rimi hac sub rerum positione circa secundum[30]), quartum morbi diem moriuntur. Felicioribus, secedente eschara, fauces depurantur, et comparente sudore universali, vaporoso, calido, exanthema desquamatur, relictis quandoque ulceribus[31]).

4. Qualiscunque fuerit scarlatinae gradus, *convalescentia* potissimum *desquamatione* insignitur. Haud raro integra epidermis (saepe manuum et plantae pedum figuram referens[32])), quandoque una cum crinibus[33]), unguibus[34]) et verrucis[35]), secedit[36]). Et desquamationis species in oris, Convalescentia.

30) „Plerique secunda die morbi, nonnulli etiam prima moriebantur." (Schulz l. c.).

31) Bicker l. c.

32) Plura hujus generis exempla Musaeo pathologico C. Universitatis Vilnensis tradidi. Nec hilo inferiora ea sunt frustis epidermidis quae post scarlatinam secedere vidit Storch (*Scharlachkrankheit. Casus* 5.), quaeque septem pollices habebant longitudinis et tres latitudinis. Maxime conspicuum scarlatinae exemplum narratur. (*Allgemeine deutsche Bibliothek. B.* 93. p. 396.). Viri scilicet, cui inde nec frustulum epidermidis in universo corpore supererat.

33) Navier l. c.

34) Tale exemplum pater meus in femina Parmensi a. 1787. habuit; alia Withering (l. c.) descripsit.

35) Lentin *Beiträge. No.* 210.

36) Nullibi accuratius structura cuticulae apparet, quam in frustis, quae scarlatinae culpa secedunt: lineas enim sulcatas spirales in digitorum apice, et ramoso-parallelas in vola manus, exhibent.

oris, faucium [37]) et narium [38]) cavis, ne dicamus de renibus (teste urinâ sedimento furfuraceo instructâ) animadvertitur. Ad volas manuum et ad digitos, nova epidermis, aliquando jam sub antiqua semi-elevata, comparet. Cutis tunc compressionem non sine doloris sensu [39]) admittit; et ac si vernice obducta esset rubet et splendet. De malis convalescentiam turbantibus infra [40]).

Necroscopia. 5. Superficies eorum qui scarlatinâ necantur, nunc rubet, nunc livet, nunc variegata est. Facile epidermis secedit, ac alia putredinis praematurae indicia cernuntur. Nonnullis ichor cruentus ex ore et naribus manat. Saepe vasa sanguinea turgida, meninges et cerebri superficies inflammatae [41]) ventriculique cerebri sero repleti sunt. Et tympani erosio observata est [42]). Lympha coagulabilis non solum fauces obducit, ac interdum sub forma pseudomembranae obturat [43]), sed

37) „Visa fuit lingua, desquamationis tempore, a sordibus suis ita depurari, ut ejus epidermis cum sputis rejiceretur. Similes lamellae ex narium quoque cavo secedebant," (Eichel l. c. p. 10.). — Ipsam linguam cum palato desquamatam vidit Storch (l. c. p. 215.).

38) In scarlatina vere a. 1817. Vilnae epidemica in plurimis tum sub ipso morbi curriculo, tum in convalescentia, ampla frustula membranosa e naribus secedere vidi.

39) Tanta saepe post scarlatinam cutis sensibilitas est, ut ea vel levem attactum respuat.

40) §. V. No. 3. 41) Armstrong l. c.

42) Horn l. c. p. 263. 43) Starr l. c. Tab. I.

sed aliquando in ipso textu celluloso musculos colli ambiente invenitur. Interdum sphacelus faucium, ad oesophagi initium extensus occurrit. Neque exempla gangraenae, internam superficiem tracheae [44]) et tubi intestinalis [45]), obducentis, desunt. Pulmones, vel prorsus normales, vel roseo colore notati, sero copioso innatant. Saepissime bronchitidem observavimus. Ipsius pulmonis oedema animadversum est [46]). Nec hydrops pericardii in dubium vocari licet. Tumorem oedematosum scroti enormem CAPPEL [47]) et VOGEL [48]) conspexerunt. Sunt qui de renum dilatatione et phlogosi loquantur [49]). Praeterea saepe vestigia morborum chronicorum, jam ante scarlatinae adventum latitantium inprimis pulmonum [50]), hepatis lienis et mesenterii, observavimus.

§. III.

44) TAFFIUS obs. med. p. 42.

45) LE CAT *philosoph. transact. Vol.* 12. *Leskische Uebersetzung. B.* 4. p. 217. — LIEUTAUD *précis de médecine. T.* 2. p. 518. — HEDENUS (*Hufeland's Journal der pr. Heilkunde. B.* 38. *St.* 5. p. 52.).

46) CLARK l. c. p. 210.

47) L. c. p. 88.

48) L. c. p. 235.

49) RONCALLI, PAROLINI, FR. FISCHER ll. cc.

50) In puellâ a. 1817. mense Martio in clinico instituto Vilnensi scarlatinâ, sociâ bronchitide defunctâ, glandulae bronchiales lapillos continebant.

§. III.

Caussae.

C. praedisponentes.

1. Observationes Clarkii [1]), Heberdenii [2]), Simsii [3]) et nostrae docent: a) infantes infra decimum aetatis annum quammaxime scarlatinae obnoxios esse [4]); b) utrum sexum ad vigesimum annum usque pari pacto ab hoc morbo affici, ita tamen, ut haud necessario quivis homo illi subjiciatur [5]), et c) ab anno vigesimo rarissime mares [6]), saepius autem mulieres, inprimis graciles et puerperas ab eo corripi [7]). Scarlatina plerumque circa aequinoctium tam vernale, quam autumnale occurrit [8]). Quae hoc tempore evolvitur per totum hiemis curriculum grassari solet [9]). Nec aestatem hic morbus respuit [10]). Vidimus

1) L. c. et apud Willan l. c. p. 263.

2) L. c. p. 15. 3) L. c. p. 458.

4) „Pueri ad pubertatem usque maxime hoc morbo tentantur." (Severinus l. c.).

5) Permulti medici, nec me excepto, inter aegros scarlatina affectos versantur, quin morbum contrahant.

6) Curavi tamen virum triginta sex aetatis annos habentem scarlatina detentum.

7) Epidemia a Dupui de la Porcherie (l. c.) descripta, ita constituta erat, ut maxime homines mediae aetatis in scarlatinam inciderent.

8) Plenciz l. c. „Nullo non tempore scarlatina molesta, inprimis autem vernali et autumnali." (Gohl l. c.).

9) Plus vice simplici Vilnae scarlatinam sub gelu 20—25°

dimus eum continuo per plures annos regnantem [11]). Patet igitur SCHOENMETZELIUM [12]) et J. CURRIE [13]) omni jure contendisse, anni tempora parum vel nihil in scarlatinam influere. Coqueluche a scarlatina tueri [14]), non observavimus; solet tamen haec illius restringere vim. Asseritur tandem in viciniis fodinarum salis scarlatina haud observari [15]).

2. *Caussa* scarlatinam *excitans*, quae quondam in peculiari veneno [16]), in principio septico [17]), in C. excitans.

th. R. immutatam perstitisse observavi. Interea eam a frigore lenitam fuisse refert WITHERIUS l. c.

10) WITHERING l. c. p. 250. — RUSH l. c. p. 102. — WILLAN l. c. p. 264.

11) Vindobonae ab a. 1799 — 1801.

12) L. c.

13) „*There is no doubt that the occurrence of scarlat fever is increasing not as a prevailing epidemic . . . . but as an infectious disease (existing in every season) kept alive, and in constant activity, by the thoughtless communications of social intercourse.*" (*Letters collect.* etc. p. 170.).

14) ETTMÜLLER l. c. in: *Hufeland's Journal der pr. Heilkunde.*

15) WUNDERLICH *Topographie der Stadt Sülz.* p. 56.

16) MORTON l. c. Exercitat. 3. „Caussa morbillorum (et *scarlatinae*) continens seu immediata est *venenum* spiritus inquinans, quod non tantum in primo morbi stadio malignitate sua spiritus obruit, sed massam sanguinis agitando, eam in colluviem acrem, prae ceteris omnibus fermentis colliquefacit."

17) NAVIER l. c. p. 338.

in sordibus primarum viarum [18]), in vitio scrophuloso [19]) et in materia acri [20]) quaerebatur, in *contagio* specifico locata est [21]). Sic docet inprimis modus, quo hic morbus propagatur. Propagatur enim per contactum aut commercium cum aegris scarlatina laborantibus, vel cum ipsis ex hoc morbo convalescentibus [22]), nec non per supellectilem, vestes [23]), merces et epistolas [24]) in-

18) Haken l. c. p. 42. — Zinke, Grundmann ll. cc.

19) Titius l. c. p. 13.

20) Burserius instit. med. pract. T. II. cap. IV. §. LXIII. („Haec autem materia acris vel in ipso sanguine gignitur et colligitur, donec exstimulata vis vitae se ea liberare nititur, vel a perspiratione retenta suppeditatur, vel a primis fortasse viis etiam in sanguinem irrepit, vel a miasmate exteriore, quod in aëre volitat, aut contagione et contactu suscipitur, communicatur; quod et frequentius est, et fere a quibusdam scriptoribus unicum et perpetuum habetur").

21) Jam Severinus (l. c. De abscessu p. 442.) ait: „Quod ad contagium attinet, hoc communi omnium consensu atque experimento evincitur." Et Storch (*Kinderkrankheiten* l. c. p. 164.): „*Und wer weiss nicht, dass Anstecken die einzige Ursache sey?*"

22) Willan l. c. p. 194.

23) „*Ein schwarzer Rock, in welchem ich einst eine Scharlachkranke in Wien besuchte, den ich anderthalb Jahre nicht am Körper trug, und den ich, ohne ihn anzuziehen, von Wien bis nach Podolien führte, gab mir erst in der letzten Provinz den Scharlach, der dort früher beinahe unerhört war, und den ich dann erst von meinem eigenen Körper durch Ansteckung weiter*

infectas. Propagatio ista nunc facillime, nunc difficulter locum obtinet, ita ut scarlatinam interdum, cum LENTINIO [25]), haud contagiosam dixeris [26]). Nil potentius actionem contagii scarla-
tinae

verbreitete." (HILDENBRAND *über den ansteckenden Typhus.* 2. *Auflage.* p. 118.).

24) Sic saltem observationes memorabiles PLENCIZII explicarem, ubi ait (l. c. p. 60.): „*Jedoch ist hier eine wunderwürdige Beobachtung, dass zuweilen Blutsverwandte, ob sie sich gleich an verschiedenen Orten aufhalten, vom Scharlachfieber angesteckt werden, und fast zu gleicher Zeit daran niederliegen. Dergleichen traurige Fälle haben nehmlich vor ungefähr dreyssig Jahren die berühmte Oesterreichische Familie von Curland betroffen, deren fünf auf verschiedenen Gütern wohnende Kinder, woselbst kein Scharlachfieber im Schwange gieng, fast zu gleicher Zeit von demselben befallen und zur grössten Betrübniss der Familie dem Tode zu Theil wurden.*" A. 1825. Dr. DE CARRO mihi Vindobonae retulit, mirum esse familiam Legationis Anglicae hic degentis in scarlatinam incidisse, quum iste morbus eadem in urbe tunc minime obvenerit. Monui mox, operis pretium fore, ut investigetur, num Londini scarlatina grassetur, numque fors suspicio communicationis contagii in commercium litterarum conjici possit.

25) *Beyträge zur ausübenden Arzneywissenschaft.* 1785.

26) WILLAN l. c. p. 194. — GOEDEN l. c. in *Hufeland's Journal.* — Acta mea clinica. Vol. III. p. 17. — Contigit saepe in numerosis familiis *unum* infantem scarlatinam habuisse, quin reliqui, etiamsi nullam adhibuerint cautelam, inde afficerentur.

tinae adjuvat, quam corporis aestuantis refrigeratio [27]). Et electricitas atmosphaerae concurrere videtur [28]). Qui effluvium aegrorum scarlatinâ laborantium prope suscipiunt, sulphatis cupri sensum ad linguam percipere et hinc inde nauseam et salivationem experiri feruntur [29]); verum id nunquam animadvertere potuimus. Periodus latentis contagii, nobis videtur utplurimum quinque dierum. Sic et HEBERDEN autumat [30]). Duos solummodo dies BINNS [31]), tres aut quatuor WITHERING [32]) et septem GRANT [33]) stabilierunt. Scarlatinâ laborantes, diu facultate alios inficiendi pollere, asseritur [34]). Quoad originem contagii scarlatinae, densâ adhuc ea caligine

27) Jam ALAYMUS (l. c. p. 91.) repentinas temperaturae mutationes scarlatinae favere, monuit.

28) MOST op. c. *Th.* 2. p. 150.

29) WILLAN l. c. p. 296.

30) L. c. p. 18. („Nondum satis exploratum habeo, quamdiu semen hujusmodi affectus in corpore delitescat priusquam accendat febrem, et alia sua indicia prodat: memini tamen sanam puellam accessisse ad puerum hoc morbo implicitum, quae quinto post die coepit ipsa aegrotare").

31) L. c. 32) L. c. p. 61. 33) L. c. p. 363.

34) „*Die Production des Scharlachgiftes umfasst eine Periode von* 35 *Tagen, obgleich das Fieber und der Hautausschlag nach dem* 7., *spätestens* 8. *Tage aufhört, währt also noch länger als die des Pockengiftes.*" (NEUMANN in RUST's *Magazin der ausl. Literat. der gesammten Heilk. B.* 18. p. 74.).

gine involuta est. Sunt qui illam ex peculiari atmosphaerae constitutione repetant [35]), quae opinio, si veritati consona foret, sequeretur inde posse morbum simul a plurimis directe ex aëre acquiri, quin infectio ab aegro ad aegrotum absolute requiratur. Alii contagium scarlatinae pro pestis sobole habent [36]); ac re quidem vera, sicuti pestis in glandulas inguinales saevit, ita scarlatina in tonsillas. Praeterea omni attentione opinio NAVIERI et PLENCIZII digna est, utpote qui scarlatinam tum a propriis animalculis [37]), tum a pecudum affectionibus [38]), derivant. An forte *carbunculus oris* pecudum, species scarlatinae malignae? — Ex homine in canem scarlatinam migrasse, HEIM refert [39]).

3. *Caussam proximam* scarlatinae in inflammationem *specificam* [40]) superficiei cutis, potissimum C. proxima.

35) WENDT l. c. 36) PFEUFER l. c. p. 7.

37) Hanc opinionem et GOEDEN tuetur. (l. c. p. 33.).

38) Locis citatis. Cfr. RICHELMI *Observations sur une maladie épidémique et épizootique qui a regné à Pigne, sur la fin de l'été de* 1801., *avec quelques reflexions sur les complications d'une épidémie de fièvre scarlatine.* (*Annales de la société de médecine de Montpellier. T.* 24. p. 221. 226.).

39) L. c. p. 72. Cfr. MOST l. c. *Th.* 2. p. 271.

40) „*Von was vor Enthalt aber eigentlich die Materia morbosa seye, wird unserer medicinischen und menschlichen Wissenschaft sie specifice zu ergründen, noch zur Zeit wohl verborgen bleiben.*" (STORCH l. c.).

mum retis mucosi ponimus [41]). Patet inde scarlatinae cum erysipelate affinitas, quae praeterea a febre, a rubore cutis, ad compressionem digiti evanescente, hac sublata revertente, a desquamatione et a proclivitate ad extravasatum abunde confirmatur [42]). Scarlatinam nisum naturae ad repellendam veterem, novamque generandam epidermidem sistere, hypothesis est, ab aliis jam satis refutata [43]). Contenditur adeo, scarlatinam ad genus humanum generosius reddendum dicatam esse [44]); etc. [45]).

§. IV.

41) „Caussam si quaeras proximam ea videtur phlogosis erysipelatodes totius cutis, quam infert materia quaedam acris e sanguine per motum febrilem extricata, et partitis vicibus ad cutanea vasa translata, ibique irritatione cutim et corpus mucosum Malpighianum inflammans." (Burserius l. c.). Sic et Wendt (l. c.).

42) „Ut universum corpus quasi erysipelate affectum videatur." Fr. Hoffmann med. rat. syst. T. I. Sect. I. cap. 8.).

43) *Jenaer allgemeine Literaturzeitung.* 1810. No. 208. quo loco Reichii opus ad trutinam vocatur.

44) „*Durch jede dieser* wird der Mensch vollkommener, *geistiger; daher sie nur erscheinen, so lange der Mensch einer Vervollkommnung fähig ist, bis zum ausgebildeten Mannesalter.*" (Kieser *Ueber das Wesen und die Bedeutung der Exantheme.* Jena 1812. p. 223.).

45) *Die Entwicklung der Scarlatina von* Eggert. (Rust's *Magazin der ges. Heilkunde.* B. 19. p. 94.).

§. IV.

D i a g n o s i s.

1. Quamvis scarlatina universam non tantum corporis superficiem occupare, sed ad viscerum quoque tegumenta sese extendere soleat; nihilominus exstant casus, ubi ea partem duntaxat cutis (inprimis pectus, brachia et genua) detinet. Casus ejusmodi obveniunt maxime in adultis [1]), in hominibus cute aspera, rigida, conspurcata insignitis, et ubi exanthema, prius universale, ante debitum tempus fugatum, reproducitur [2]). Posset talis *scarlatina partialis* cum *erysipelate* confundi; qui alias morbi, propterea quod erysipelas nunquam ut scarlatina universam corporis superficiem uno eodemque tempore obducit, satis inter se distinguuntur.

Scarlatina partialis et distinctio ab erysipelate.

Erysipelas.	*Scarlatina partialis.*
a. Raro et per accidens tantum faucium affectione stipatur.	a. Constans observatur faucium affectio.
b. Contagii vix adest suspicio.	b. Contagii plerumque certitudo.
c. Sensim sensimque extenditur.	c. Praevia utplurimum scarlatina universali erumpit.
d. Rubor saepe splendens maxime ardens.	d. Rubor haud splendens, parumque ardens.

2. Mor-

1) Neumann in: Horn's *Archiv.* 1811. *B.* 2. p. 309.

2) Heim in: Hufeland's *Journal.* 1812. *St.* 3. p. 66.

Febris scarlatina sine exanthemate.

2. Morbus scarlatina nobis aliisque [3]) plures una cum febre et faucium affectione *sine omni exanthemate*, obvenit. Stabilitur talis *febris scarlatinosae* praesentia: dum aeger, qui scarlatinam nunquam perpessus est, tempore quo morbus iste grassatur, in febrem incidit cum faucium affectione, characteres cynanches scarlatinosae exhibente, nec non cum cute valde ardente, dumque totus morbus tempore scarlatinae praescripto, praecipue cum epidermidis desquamatione, terminatur. Interea exempla febris scarlatinosae sine scarlatina rariora numerarentur, si cutis examen debita semper cum diligentia institueretur, ac ruboris partialis major haberetur ratio [4]).

3. Al-

3) Hagstroem l. c. p. 463. — Johnston l. c. p. 358. — De Meza l. c. p. 58. — Sims l. c. p. 413. — Withering l. c. p. 22. — Vogel l. c. p. 226. — Clark l. c. p. 361. — Loisy l. c. p. 263. — Schaeffer in editione operis Armstrongii de morbis infantum. p. 150. — Cappel l. c. p. 77. — Struve l. c. p. 193. — J. P. Frank l. c. p. 67. — Rauch in: *Vermischte Abhandlungen aus dem Gebiethe der Natur und Heilkunde von einer Gesellschaft pr. Aerzte in St. Petersburg. Dritte Sammlung.* 1825. p. 156. etc.

4) „Non raro vidi exteriorem partem carpi levi rubore suffusam, cujus nusquam alibi reperire potui vestigium.“ (Heberden l. c. p. 17.). — In puero septenni, ex *cynanche gangraenosa*, quarto morbi die Vilnae defuncto, scarlatina, in quam per tres dies incassum quaesiverunt medici, nonnisi *paucis ante mor-*

3. Altera vero ex parte cavendum, ne *omnem mox ruborem* superficiei cutis pro scarlatina declaremus. Sic tyrones saepe scarlatinam apud lotrices, utpote manubus et brachiis ruberrimis instructas immerito suspicantur. Praeterea virgines novimus cute candidissima instructas, quae quoties in qualemcunque demum febrem paululo fortiorem incidebant, citra omnem scarlatinae suspicionem, cancri cocti instar rubebant. Ad diagnosin istis sub rerum positionibus instituendam, refert ad morbos regnantes, ad occasiones contagium suscipiendi adque faucium affectionem respicere. De specifico eoque graveolente transpirationis aegrotorum, scarlatina laborantium odore (qualem spargere solent tabernae marcellariorum, qui halices muria conditas, vel caseos fracescentes vendunt), de quo primus Heim mentionem injecit [5]), non loquimur, quoniam, etsi exquisitissimo et in rebus pathologicis exercitatissimo odoratus sensu instructi simus, illum nunquam percipere licuit [6]). Alii rubores.

4. Quod-

tem horis, a chirurgo vesicatoria curante, fortuito detecta est.

5) L. c. p. 69. 74.

6) Praeterquam quod consulto a nicotiana abstinui, ne, inter alia, odoratui detrimentum afferam, pars nosocomii civici Vindobonensis, quae aegrotis stipem ferentibus dicata est, cujusque per octo annorum curriculum curam habui, amplam mihi opportunitatem largiebatur, *odoratum respectu pathologico* exercitandi;

Scarlatina miliaris et distinctio a miliaribus.

4. Quodsi scarlatina *laevigata* sive *plana* jam difficultatem in diagnosi exhibeat; quid de altera scarlatinae forma dicendum erit, quae cutem (praecipue ad digitos et abdomen), asperam, anserinam, ac si granulis minutis sive seminibus milii conspersa esset, reddit? *Scarlatina* haec *miliformis* seu *papulosa* dicta ab EICHEL [7]), BICKER [8]), LORRY [9]), BURSERIO [10]), J. P. FRANK [11]), LAUTH [12]), CAPPEL [13]), KREYSIG [14]), KIESER [15]) aliisque [16]) descripta est. Eam saepius sub nomine *miliarium rubrorum* obvenire, WILLAN et FRIESE demonstrarunt [17]). Confusioni scarlatinae mili-

idque propterea, quod talium aegrotorum quivis separatum ac angustum cubiculum occupabat, cujus atmosphaera mihi, aegros summo mane visitanti, specimen odoris, cuivis homini ac morbo proprii, prae se ferebat.

7) L. c. p. 8. 8) L. c. p. 151. 9) L. c. p. 7.

10) L. c. §. 81. ex: *Giornale di medicina di* PIETRO ORTESCHI. *Vol.* 2. *No.* 19.

11) L. c.

12) *Vom Witterungszustande, dem Scharlachfriesel und bösen Hals. Abth.* 2. p. 23.

13) L. c. p. 141. 14) L. c. p. 12.

15) HUFELAND'S *Journal* 1812. *St.* 1. p. 36. *St.* 2. p. 65.

16) HAHNEMANN, in: *Reichsanzeiger* 1806. No. 191. et in: HUFELAND'S *Journal. B.* 24. p. 139. — WENDELSTAEDT ibid. *B.* 27. *St.* 3. sub erroneo nomine febris miliaris.

17) Op. c. p. 234. Provocant ad WINKLERUM (Ephem. nat. cur. dec. I. a. 6. 7. obs. 145. De purpura epide-

miliformis cum veris miliaribus eo facilius locus est, quum haec, ita scarlatinae, ac aliis morbis febrilibus, fortuito supervenire possint [18]). Recentiorum nonnulli [19]) scarlatinam nostram miliformem pro peculiari morbo, quem *febrem purpuram miliarem* vocant [20]), venditant. Entia hi absque necessitate multiplicant. Enim vero nisi illorum morbus ad scarlatinam miliformem pertineat, pertinet certe vel ad *rubeolam* [21]), vel ad *peticulas purpureas* [22]). Sequens tabula *miliaria genuina* a *scarlatina miliformi* distinguere docebit:

 Miliaria.

mica maligna infantum), ad LANGIUM (Prax. med. cap. 13.), ad SCHACHERUM (De febre acuta exanthematica. Lips. 1723.), ad ETTMÜLLERUM (De febre p. 527.) et ad RAYGERUM (Miscellan. nat. cur. dec. I. an. 3.). Legi de hoc argumento merentur quoque HAHNEMANN (*Allgemeiner Anzeiger der Deutschen* 1808. *No.* 168. — *Leipziger Tageblatt.* 1821. *No.* 23.), et MOST (op. c. *Th.* 1. p. 6. 50.).

18) LOISY, BRUNNING, PLENCIZ et mea experientia.

19) *Scharlachfieber und Purpurfriesel zwei ganz verschiedene Krankheiten* (HUFELAND's *Journ. der pr. Heilk. B.* 24. *St.* 1. p. 139.). — WENDELSTÄDT (Ibid. *B.* 36. *St.* 6. p. 59.).

20) BATAVICE: *rood hond's.*

21) Cfr. Caput III.

22) KIESER in distinguenda *scarlatina miliformi* a *febre petechiali*, ut vocat, *purpurata*, multum insudavit. (HUFELAND's *Journal der pr. Heilk. B.* 34. *St.* 1. p. 36.). Vix autem putarem inter hos morbos confusionem locum habere posse, nisi inter coccos.

Miliaria.	*Scarlatina miliformis.*
a. Raro in infantibus occurrunt.	a. Morbus infantilis est.
b. A sudore specifico praecedi solent.	b. Sudor ante eruptionem vix ullus observatur.
c. Faucium affectio nulla.	c. Faucium affectio constans.
d. Scarlatinae tantummodo provectae superveniunt.	d. Primis morbi diebus adest.
e. Rarissime super totum corpus extenduntur.	e. Maximam corporis superficiei partem occupant.
f. Rarissime faciem detinent.	f. Faciem aliarum partium instar obducit.
g. Super cutim prominent.	g. Super cutim vix prominet [23].
h. Evidentissima sunt ad latera colli et ad mammas.	h. Evidentissima est ad digitos et ad articulos.
i. Desquamatio aut nulla aut exigua observatur.	i. Desquamatio conspicua.

5. Ex-

23) „*Der Scharlach-Ausschlag unterscheidet sich vom Friesel dadurch, dass dieser über die Haut hervorragt, jener aber nicht. Ingleichen kömmt der Friesel niemals gleich im Anfange der Krankheit zu Gesichte, wie der Scharlachausschlag.*" (PLENCIZ l. c. p. 57.).

5. Exstat *tertia* nostri exanthematis *forma*, videlicet *scarlatina pustulosa*, *phlyctaenosa*, *vesicularis*. Describitur a Störk [24]), Baraldi [25]), Rosenstein [26]), de Meza [27]), Rush [28]), Kreysig [29]), J. P. Frank [30]), Kieser [31]) et Fr. ab Hildenbrand [32]). *Pustulae* ortum exanthematis comitant, vel parum postea comparent. *Phlyctaenae* sive *vesiculae*, variolis similes sunt [33]), ac die sexto, octavo et tardius in conspectum veniunt. Ab initio sero, non aëre [34]) repletae, absorpto dein liquido, vacuae relinquuntur. Desquamatio, in facie interdum crustae [35]), exanthemati finem imponunt. Scarlatina pustulosa, phlyctaenosa, vesicularis.

6. Tres quas indicavimus scarlatinae formae, cum totidem aliis, quas *urticaria* induere solet [36]), Distinctio scarlatinae ab urticaria.

24) An. med. secund. p. 46.

25) *Raccolta d'opusc. med. pratici. Vol.* 2. p. 202.

26) *Anweisung zur Kenntniss und Kur der Kinderkrankheiten.* 6. *Auflage mit Anmerkungen von* Loder *und* Buchholz. p. 361.

27) Compend. med. pract. p. 59.

28) L. c. p. 123. 29) L. c. p. 57.

30) L. c. 31) L. c. *St.* 2. p. 83.

32) Annales scholae clinicae medicae Ticinensis. Papiae 1826. Pars I. p. 202. („Tota corporis superficies ruberrima, vesiculis copiosissimis obsita, quarum plures invicem confluentes amplas formarunt bullas, nuce avellana majores etc.").

33) Scarlatina variolosa Sauvag.

34) Sic docet Rosenstein l. c.

35) Baraldi l. c.

let [36]), confundi possent; nisi *pruritus* huic exanthemati gentilitius, illud ab omni alio simili distingueret. Accedunt alia criteria plus minus secura [37]).

Urticaria.	*Scarlatina.*
a. Morbus haud contagiosus.	a. Morbus in genere valde contagiosus.
b. Eruptio sub magno pruritu rapide contingit.	b. Eruptio lentius et sine vero pruritu locum obtinet.
c. Maculae inaequales, prominentes, tuberculosae, discretae, in centro fere albescentes sunt.	c. Maculae circulares, planae vel asperae, confluentes, undique rubrae.
d. Erratica et fugax est.	d. Absente errore in regimine, efflorescentia satis constans observatur.
e. Sub frigore utplurimum evidentior fit.	e. A frigore evanescit.
f. Sine vestigiis disparet.	f. Desquamatione terminatur.

Distinctio a morbillis, rubeola, porrigine, lepra squamosa et cynanche faucium.

7. Quibus adminiculis scarlatina a *morbillis*, a *rubeola*, a *porrigine*, a *lepra squamosa* et a vulgari *cynanche faucium* distingui possit, ubi de istis morbis quaestio fiet, non reticebitur.

8. *Scar-*

36) P. I. Vol. I. Sect. II. cap. X.

37) Cfr. Cramer diss. de purpurae urticatae et scarlatinae convenientia ac discrimine. Halae 1758.

8. *Scarlatinae* cum aliis exanthematibus *complicationes*, (frequentissimae respectu *variolarum* 38) et *varicellae* 39)), graves diagnoseos pariunt difficultates. Scrupulosum tamen aegrorum examen, consideratio morborum regnantium et occasionum duplicata eorum geminia acquirendi, illas diluere valent. Narratur quoque de complicatione scarlatinae cum febre intermittente 40). Scarlatin. complicat.

9. Definita scarlatinae praesentia, restat ut illius *indoles* determinetur. Quamvis enim scarlatina, semper unum eundemque morbum sistat, nihilominus, quidquid sophistice dicatur 41), maximas Varia scarlatinae indoles.

38) DESESSARTS l. c.

39) Plurima exempla Vilnae a. 1814. vidi.

40) HUFELAND's *Journal der pr. Heilkunde. B.* 28. *St.* 4. p. 112.

41) MOST (op. c. *Th.* 1. p. 162.) ait: „*Es scheint mir logisch unrichtig und ein an einen falschen Begriff geknüpfter Sprachgebrauch zu seyn, wenn wir bei einer Krankheit zweyerley sich entgegengesetzte Charaktere annehmen wollen; Charaktere, die zu einander im schneidendsten Gegensatze stehen. Der Charakter einer jeden Krankheit, sie sey epidemisch oder nicht, kann nicht anders als aus dem Wesen und der eigenthümlichen Natur derselben hervorgehen; die Natur ist Product des Wesens, dieses Product des Grundes und der Ursache. Da nun eine jede Krankheit als geschlossenes Ganzes nur eine Ursache, als die Summe aller ursächlichen Momente, haben kann, so kann ihr Wesen nur eins, und somit ihre Natur sich nicht widersprechend, ihr Charakter nicht zweyzüngig seyn, mögen immerhin manche Nebenumstände einwirken, die ver-*

ximas ea, pro variis anni et aegrotorum constitutionibus exhibet differentias [42]. Brevitatis causeâ has differentias, varias scarlatinae species statuendo, designamus.

Scarlatina simplex.

10. Nuncupamus itaque scarlatinam *simplicem*, dum ita decurrit, sicut mitissimam illius formam, praeeunte potissimum SYDENHAMIO, descripsimus [43]. Tale curriculum praecipue observari solet, ubi anni tempus in genere morbis acutis non favet, ubi scarlatina in locis per se salubribus apparet, ubi ea homines ceteroquin sanos, regulariter viventes, nec ob vitae periodum, nec ob vitium hereditarium, nec ob morbos praegressos, ad aegritudines alias dispositos, aggreditur, et ubi ab incongrua curandi ratione non perturbata fuit. Etiamsi ratio inter talem scarlatinam et reliquas graviores species determinari nequeat [44], eam tamen reliquis magis familiarem esse fatemur.

Scarlatina inflammatoria.

11. *Inflammatoria* nobis erit scarlatina, ubi gravius atque cum signis febris inflammatoriae, aut phlogosis genuinae stipata decurrit. Loquimur

mögend sind, diesen Widerspruch von gutartig und bösartig scheinbar hervorzubringen, und die Wahrheit der einfachen, reinen, lebendigen Natur, die sich im kranken Leben ausspricht, mit trügerischem Scheine zu umnebeln.“

42) Conjiciatur oculi ictus super varium scarlatinae curriculum.

43) §. II. No. 1.

44) WILLAN l. c. p. 264.

mur non solum de *phlogosi faucium* (socio interdum partium vicinarum oedemate [45])), communissimo sane hujus scarlatinae comite (qua de caussa a multis *anginosa* seu *cynanchica* dicitur), sed etiam de *croup* [46]), de *peripneumonia* [47]), potissimum de *bronchitide* [48]), de *pericarditide*, de *gastritide*, de *hepatitide*, de *nephritide*, maxime vero de *encephalitide* et *rhachialgitide;* quae phlogoses sub nostri morbi curriculo nec praetereundae, nec praepostere admittendae, sed juxta symptomata unicuique propria sine praeconcepta opinione determinandae et probe a congestionibus [49]) distinguendae sunt. Scarlatina inflammatoria

45) Mead monit. et praecept. pract. med. cap. 4.

46) Laissy *observation sur un croup aigu essentiel suivi de la fièvre scarlatine; avec le rapport fait à l'institut sur l'observation précédente, par* Desessarts. (Sedillot *Récueil périodique de la soc. de médecine de Paris. T.* 39. p. 19. 30.). — Bernt l. c. p. 5 et 11. — Goeden l. c. p. 79. — Cfr. Part. II. Vol. II. Sect. 1. Cap. III. §. XI. No. 2. (79).

47) Talis complicatio describitur a C. G. Hoffmann (*Erste Nachricht von der Anstalt für arme Kranke in Altdorf.* 1787).

48) Reuss, in: Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde. B.* 58. *St.* 3. p. 79. — Leviorem bronchitidis gradum *scarlatinae cum complicatione catarrhali* stitisse videntur, de quibus Chambon (l. c.) loquitur. Interea inter *scarlatinam* et *catarrhum epidemicum* illam similitudinem haud invenimus, de qua Most (op. c. *Th.* 1. p. 178.) disserit.

toria saepe formam miliarem agnoscit. Praeterea exanthema hîc citissime erumpere, maximeque rubere solet. Ast et contrarium vidimus. Inprimis exanthema tunc nobis obscure rubrum vel lividum apparuit, ubi cerebri, pulmonum aut cordis affectiones praesto erant. Num ex interrupta oxygenatione? Ut ut sit, ex dictis colligitur, diagnosin indolis scarlatinae minime a forma exanthematis, quandoque ut monuimus, plane deficientis, desumi posse. Et *pulsus* in scarlatina inflammatoria infidum signum: quum rarissime duritiem, aliàs morbis inflammatoriis propriam, acquirere soleat, sed fere semper quid de conditione illa specifica, humili, obscura et vacillante, de qua supra locuti sumus, retineat [50]). Neque scarlatina propterea quod *inflammatoria* salutatur, ideo cum morbis ex mera diathesi inflammatoria pullulantibus confundenda est. Agitur nimi-

49) Ad congestiones sanguinis venosi in partibus nobilibus, socia reactione arteriarum, praecipue Armstrong (l. c.) medicos attentos reddidit.

50) Plenciz (l. c. p. 91.) suspicatur, pulsuum humilem conditionem ex pressione emergere, quam par nervorum vagorum in colli regione experitur. Ast haec ingeniosa explicatio conditionis pulsuum de scarlatina, quae vehemente faucium inflammatione stipata est, valet, neutiquam vero de scarlatina benigna, ubi tumor faucium parvus est. Praeterea cur quoque in aliis cynanches speciebus, cur in faucium abscessu, ubi similis pressio nervorum expectanda est, pulsus nil specifici exhibet?

nimirum ibi de incendio, a principio contagioso producto, probe ab illo, cui plethora, aër purus, victus nimius, aliaeque caussae insontes morborum phlogisticorum ansam porrigunt.

12. Contagium scarlatinae hominem adgrediendo, cujus tubus alimentarius saburris, bile, muco, vermibus refertus est, mox indolem inducit *saburralem*, *biliosam*, *mucosam*, *verminosam*, idque inprimis si annua constitutio morbis gastricis favet. Nec satis. Scarlatina haud raro sub ipso curriculo *gastrica* evadit, quod ex consensu viscerum abdominalium cum cute explicari posse credimus. Quum vero status inflammatorius cutis, etiam ad haec vissera propagari possit; cavendum ne signa gastrica, phlogosi tribuenda, a colluvie primarum viarum repetantur. Interea colluvies ista non semper a statu illo excluditur; immo nil magis secretioni morbosae abdominali favet, quam praevia viscerum sacco peritonaei inclusorum conditio inflammatoria. Ut dubia ex penitiori rerum notione emergentia hîc diluamus, praesertim ad ventrem respicimus, qui quo minus dolens, attactumque respuens et tumidus, eo magis suspicionem latentis phlogoseos excludit, et vice versa. Scarlatina gastrica.

13. Sub iisdem rerum positionibus, sub quibus febres inflammatoriae et gastricae in febres nervosas transeunt [51]), etiam scarlatina inflammatoria et gastrica indolem *nervosam* denique induere Scarlatina nervosa.

51) P. I. Vol. I. Sect. II. cap. V. §. XXVII. 3. §. XXX. 6.

duere potest. Propterea enim quod fuere medici, qui symptomata nervea ex affectione inflammatoriâ aut meningum aut cerebri aut medullae spinalis, aut aliâ qualicunque nervorum, orta, immerito evolutioni febris aut putridae aut nerveae tribuerunt [52]), minime concludendum, talem febris conditionem omnino a scarlatina alienam esse [53]). Dicamus plus: non solum scarlatinam nerveam ex scarlatina inflammatoria et gastrica cum aliis [54]) evolutam vidimus; sed vidimus quan-

52) *„Wie viele Tausende von Scharlachkranken mögen auf diese Weise an einer solchen nervösen Form, die nichts anders als eine unglückliche Richtung der gestiegenen Entzündung war, gestorben seyn, die nicht umgekommen wären, hätte man die Entzündung in ihrem schnellen und furchtbaren Verlaufe aufzuhalten und zu mässigen gesucht.“* (Wendt l. c.).

53) In talem errorem sane idem incidit Wendt, ubi (l. c.) persequitur: *„Das nervöse Scharlachfieber ist jenes unerkannte und zugleich gefürchtete Ungeheuer, dem man nur nahe treten muss, um es in seiner Blösse, als Zerrbild der kindisch aufgeschreckten Phantasie der Aerzte zu begreifen; es ist nichts weiter als ein mit ausgezeichnetem Gehirnleiden verbundener versäumter Scharlach.“* Rectius Horn (l. c. p. 395.): *„Die häufigen Befürchtungen von dem Uebergange des Scharlachfiebers in einen typhösen Zustand bedürfen gewiss einer grossen Einschränkung. Bedenkliche Zufälle von Hirn- und Nervenleiden kommen hier häufig vor, aber die meisten finden sich auch bei ächter Hirnentzündung, wo antiphlogistische Mittel gegeben werden müssen.“*

54) Aaskow (l. c.) ait: „Alii ante accersitum medi-

quandoque [55]) scarlatinas, quae in primo limine tanta virium dejectione, systematis nervosi labefactatione et ad gangraenam proclivitate [56]) instructae erant, ut, nisi ipsa cum peste, saltem cum typho maligno comparari potuerint. Confirmabatur hìc COVENTRY [57]) opinio, contagium scarlatinae maxime in systema nervosum agere, illaque WITHERINGII [58]) actionem ejusdem esse generis sedantis. *Nervosam*, *malignam* aut si magis arridet, *typhodem* indolem habuere scarlatinae epidemiae quae tum a medicis Neapolitanis,

cum perversam adhibuere medelam calefacientem, inprimis vero enormi usi calore fornacularum, aëre in cubiculis pannis incluso, multorum hominum exhalationibus depravato etc., sicque morbum levem in putridum petechialemve mutarunt."

55) Scarlatinam nervosam haud communem esse, sequentia verba STIEGLITZII (l. c. p. 272.) docent: „*Mit Wahrheit kann ich sagen, meine eigene Erfahrung, die bei einem hiesigen beinahe achtzehnjährigen Aufenthalte mehrere Epidemieen und eine sehr grosse Menge von Fällen umfasst, biethet mir keine Krankheitsgeschichte dar, die ich hieher (zum Scharlach mit primär asthenischem Fiebercharakter) rechnen könnte.*"

56) In epidemia a COLDEN (l. c.) descripta, non solum gangraena fauces detinuit, sed sese etiam minima porrecta occasione super universam corporis superficiem extendebat.

57) L. c. p. 35,

58) L. c. p. 55. Versio germanica. („*Die erste Wirkung des Scharlachgiftes ist die eines Giftes besänftigender Art*").

nis, tum a WIERIO, BALLONIO, MORTON, RUSSEL, LANGHANS, WILK, CRAMER, praecipue vero a FOTHERGILL et WILLAN, sub nomine saepe *cynanches gangraenosae* describuntur. Quamvis enim testantibus observationibus tum nostris, tum aliorum [59]), alii quoque morbi, praecipue typhus in hominibus scorbuticis, gangraenam faucium exhibeant, tamen cynanchen illam faucium *epidemicam* et *contagiosam*, de qua fasti medici, nunquam sine exanthematis cujusdam mentione, et tantum eo tempore, quo doctrina scarlatinae nondum rite inclaruerat, loquuntur, ad scarlatinam nervosam pertinuisse, cum praecipuis praesentis aevi medicis censemus. Ne quis autem credat, cynanchen faucium *gangraenosam*, ad scarlatinam nervosam constituendam absolute requiri; enimvero tum in epidemia scarlatinae, quae in orphanotrophio Vindobonensi a. MDCCCI saevierat, tum in *scarlatina puerperarum* in nosocomio universali ejusdem urbis [60]), tum in epidemiis a WITHERING et

59) PETRUS A CASTRO de febre maligna puncticulari §. 22. p. 232. Norimb. 1652. — RAMMAZZINI constit. a. 1691—1694. — CRAMER de anginae gangraenosae differentiis. Halae 1783. — PERKIN *essay for a nosological and a comparative view of the cynanche maligna or putride sore throat, and the scarlatina anginosa, or scarlat fever with angina. Lond.* 1787. — DENGER diss. in anginae malignae aetiologiam eique conveniente med. method. inquisit. Goett. 1792.

60) Incipiebat aegritudo plerumque primis a puerperio

et WALDONIO descriptis, omnes scarlatinae nervosae notas passim sine ulla faucium gangraena, invenimus. Quo magis vero scarlatina nervosa signo hoc pathognomonico destituitur, eo magis caveri oportet, ne intensum scarlatinae alterius speciei gradum cum ea confundamus. Sciendum praeterea, scarlatinam nervosam febre aliquando pauca stipari [61]), saltem quousque ex pulsu judicari potest; maxima autem tunc observari solet virium prostratio. Haec virium prostratio (ab apparente tantum sedulo distinguenda [62])),

diebus, ingenti virium prostratione; accedebat *levis faucium dolor*, subsequente scarlatina, saepe laevigata, interdum miliformi, coloris obscuri, violacei. Vires inde magis magisque infringebantur, testantibus extremitatibus subfrigidis, saepe calori urenti succedentibus, pulsu minimo, anxietate et nonnunquam narium haemorrhagia. Lochia intolerabilem foetorem spargebant, ac aegrae fere omnes, *qualiscunque adhibita fuerit medela*, sine omni sive febris puerperalis sive metritidis symptomate moriebantur. Similis morbi BANGIUS (Praxis medica. p. 118.) meminit, et vehementer cum WILLANO (l. c. p. 231.) suspicamur, nonnullas epidemias inter puerperas sub nomine *miliarium rubrorum* descriptas, revera ad scarlatinam pertinuisse.

61) In epidemia insulae St. Vincent, observante COLLINS, infantes, septimo morbi die, non solum nullum febris indicium exhibebant, sed erecti sedebant, ac de faucium tantum affectione conquerebantur. (*Medical communicat. Vol.* 2. *Art.* 22. p. 363.). „Nec multum fidere oportet, inquit MERCATUS, si febris non mox apparuit aut succrescat.“

da [62])), symptomatum contradictio, evacuationes colliquativae, inprimis haemorrhagiae, peticulae et miliaria, certiora scarlatinae nervosae sistunt indicia. Quoad faucium affectionem, crustae nigrae quae et in benigna occurrunt scarlatina, nequaquam cum maculis gangraenosis, vix non semper cum halitu cadaveroso obvenientibus confundi debent. In genere diagnosis genii scarlatinae neque ex *uno* symptomate neque ex *vi* morbi statuenda, et probe retinendum [63]), in ipsa peste, in typho et febre flava haud raro inflammatorii quid latere.

§. V.

62) Pulchre Plenciz (op. c. vers. german. p. 156.): *„Ich habe einigemal mit grosser Verwunderung wahrgenommen, dass starke und recht gesunde mit dem Scharlachfieber befallene Kinder oder Jünglinge in kurzer Zeit mit schwachem, öfterm und ungleichem Pulse sehr schwach darniederlagen, weswegen ich unschlüssig war, ob ich in solchen Fällen Blut lassen sollte oder nicht. Die Erfahrung hat mich aber gelehrt, dass die Kranken durch eine Aderöffnung vielmehr gestärkt als geschwächt wurden; denn der Puls wurde dadurch gleicher, stärker und weicher, welches eine Anzeige ist, dass in dergleichen Fällen die Kräfte für unterdrückt, aber nicht für erschöpft zu halten sind . . .“*

63) Etsi imago scarlatinae gravissimae, quam supra (§. II. No. 3.) exposui, saepe scarlatinae nervosae quadrat; absit tamen ut illam ad hanc revocem. Potest nimirum et inflammatoria et gastrica gravissime decurrere.

§. V.

Prognosis.

1. Quamvis scarlatina saepe adeo mite decurrat, ut vix nomen *morbi* mereatur, ac interdum salutaris sit [1]); tamen huic exanthemati *aliquid insidiosi* inest, quod securitatem, qua aliàs in levibus aegritudinibus frui solemus, excludit [2]). Qui

Periculum.

1) *Geschichte einer am ganzen rechten Hinterschenkel, besonders an den Steissmuskeln entstandenen Zellengewebes - Verhärtung, welche bei einem fünfjährigen Knaben, nach einer heftig auf dem Eise erlittenen Erkältung, zum Vorschein kam und unerwartet durch ein hinzugekommenes Scharlachfieber gehoben wurde. Von* Dr. Dürr. In: Hufeland's *Journal der pract. Heilkunde. B.* 28. *St.* 5. p. 78.

2) Inter plura exempla, quae ad hanc sententiam confirmandam in medium proferre possem, sequens sufficiat. Quum anno 1820. Vindobonae patre meo ultima eheu vice usus essem, contigit ut ille pro juvene septemdecim annorum, mercatoris graeci filio, scarlatina laborante, in consilium vocatus sit. Quintus erat morbi, aspectu levissimi dies. Cunctae rerum positiones felicissimum spondere videbantur exitum. Qua de caussa pater meus, debitum duntaxat regimen inculcans, familiae aegroti, praeter modum anxiae, securitatem inspirare satagebat. Haec autem incredula respondit: Cave, Domine, ne in errorem ducaris; paucos enim ante dies frater aegroti natu minor simili plane pacto aegrotavit et nihilominus inopinate e medio secessit. Idem confirmavit medicus ordinarius. Quae cum ita fuerint, status morbi rursus ad trutinam vocatus est, eodem cum successu; videlicet scarlatinam

Qui scarlatinae *benignitatem* jactant, funestumque istius morbi exitum solummodo perversae curandi methodo tribuunt [3]), hi quam infirmam respectu hujus

levem esse, ac non tantum omni periculo, sed etiam qualicunque ambiguo symptomate expertem. Medici se postridie redituros esse promiserunt. Redierunt — ut testes agoniae et mortis aegri! Vere hinc PLENCIZ (l. c. p. 173.): „*Diess ist, nach meinem Dünken, der wahre Charakter der bösartigen Krankheiten, die deswegen bösartig zu nennen sind, weil sie uns leicht hintergehen können.*" Et inter recentiores: PITSCHAFT (l. c. p. 119.): „*Füglich kann es (das Scharlachfieber) eine insidiose Krankheit genannt werden.*" Et SIMON (l. c.): „*Immer bleibt der Charakter einer Krankheit tückisch, die scheinbar so gelinde auftritt, und so schnell und plötzlich die furchtbarste Gestalt annehmen kann, dass jede Hülfe zu spät kommt. Immer bleibt eine Krankheit tückisch, deren exanthematische und fieberhafte Periode oft so undeutlich und unmerklich verläuft, dass sie der Wahrnehmung der Angehörigen, ja selbst des Arztes entgehen kann, und nach drei, oft sechs Wochen auf einmal durch ihre gefährliche Nachwehen, durch Wasseransammlung in allen Höhlen des Körpers, unter den heftigsten Krampfzufällen oft in 24 Stunden unvermeidlichen Tod herbeiführt, oder langsamer durch hectisches Fieber aufreibt. Tückisch ist eine Krankheit, welche ihr Daseyn hier unter leichter Halsentzündung bei kaum fieberhaftem Pulse verbirgt und die Vorsicht auch des ängstlichsten Arztes einzuschläfern vermag; dort unter den Symptomen des bösartigsten Fiebers, gleich der Pest, in den akutesten Fällen allen Widerstand des gesundesten und stärksten Organismus auf der Stelle lähmt.*"

hujus morbi habeant experientiam, patefaciunt. Vidimus scarlatinam sub aspectu miti decurrentem et juxta optima medendi praecepta curatam, in puerperis, in pusionibus [4]), inprimis opus dentitionis molientibus, in juvenibus circa epocham pubertatis [5]) atque in valetudinariis [6]) perniciosam fuisse. Praeterea scarlatina maxime in urbibus magnis [7]) et in tuguriis impuris timenda [8]). Ceterum clima in hujus morbi exitum peculiare exercere imperium, non observavimus [9]).

3) *Das Scharlachfieber ist eine gutartige Krankheit.... die bösartigen Epidemieen desselben fallen nicht dem Scharlachfieber, an sich und als Naturproduct betrachtet, zur Last; sie sind Producte der Kunst der verkehrten Behandlungsweise rücksichtlich der Diät im ganzen Umfange des Worts und der Arzneymittel.*" (Most l. c. *Th.* 1. p. 5.).

4) „Miserrima mors suffocationis pueros infinitos puellasque ad pubertatem usque perimit." (Alaymus l. c.).

5) Scarlatinam circa annum aetatis decimum quintum maxime periculosam esse merito monet Pfeufer (l. c. p. 168.).

6) In occupationibus meis clinicis, stabilitâ ab alumno praesentiâ scarlatinae restabat determinare, num eadem in corpore sano, an in valetudinario sedem fixerit. Omni enim jure Zeroni (l. c. p. 91) inter caussas malignitatis scarlatinae collocat quoque: „*einen durch vorhergegangene Ursachen zerrütteten Körper.*"

7) Nullibi scarlatinam adeo malignitatis nota inustam observavi quam Vindobonae.

8) Exitus scarlatinae Vilnae ceteris paribus semper pejor fuit inter Judaeos inferioris ordinis, aliosve pauperes.

mus [9]). Quantum periculi scarlatina ob complicationem inflammatoriam, gastricam aut nervosam portendat, ex illarum complicationum descriptione et epidemiarum historia [10]), elucet [11]).

9) Perpende, me praxin medicam tum in Russia, tum in Germania, tum in Italia exercuisse. Valet itaque tale testimonium adversus Mostium (l. c. *Th.* 1. p. 135.) asserentem: „*Die Epidemieen im Süden waren stets gefährlicher als die im Norden. Letztere waren leicht, wenn nur frühe die dem Fiebercharakter angemessene Behandlungsart angewandt wurde; auch musste die Kälte schon dem Contagium Gränzen setzen.*"

10) In epidemia Amstelodamensi a Tyengio observata, quibus intra sex vel octo horas apta remedia non adhibebantur, ante sedecim vel viginti horas subito moriebantur. Teste Ballonio autumno a. 1575., omnes peribant, et non proficiebat hilum ars ea, quae multis auxilio esse solet. In epidemia a Mercato descripta, quivis a morbo correptus ante quartum diem moriebatur. „Quis enim, inquit (l. c.), pulcherrimi et formosi pueri, vel homines aut foeminae hujus aut illius aetatis, cum sani viderentur, conjicere poterit, latere et absconditos esse adeo perniciosos succos, quod subito, aut quam brevissimo tempore exulcerent, corrumpant, putrefaciant et usque ad gangraenam deducant partem." — Londini a. 1786—1787, duae tertiae partes aegrorum inter diem septimum et decimum nonum interiere. (Willan l. c. p. 213.). Apud Kreysig plurimi die tertio et quarto obierunt, et pauci vitam ultro sextum protrahebant. Familias quarum proles omnes a scarlatina periere novimus. Septem eorum trucidatos numerabat mercator Pragensis. — Neumann (l. c. p. 281.) ait: „*Das Ende des vorigen*

cet [11]). Ubi scarlatinae periculum non ex mala febris indole repeti potest, illud verosimiliter in *propagatione inflammationis faucium ad medullam cervicalem* quaerendum foret [12]). Nec satis! Quoties

und der Anfang dieses Jahrhunderts war für Sachsen traurig durch eine Pest (das Scharlachfieber), die ihm 40,000 *seiner besten und hoffnungsvollsten Bürger geraubt hat.*" Et MEGLIN (l. c.): „*Cette maladie eruptive a été cette année assez meurtrière; elle a été souvent accompagnée d'accidens graves et dangereux. Plusieurs enfants sont morts dans les deux ou trois jours de l'invasion; chez ceux qui ont succombé si promptement, toute la violence du mal s'était portée sur la gorge ou sur le cerveau.*" — Et exempla scarlatinae malignae *sporadice* observatae exstant. Quorum unum memorabile narrat FISCHER (HUFELAND's *Journal der pr. Heilk. B.* 44. *St.* 2. p. 73.).

11) Audiatur expertissimus HEIM (l. c. HORN's *neues Archiv. B.* 4. *Heft* 1. p. 191.): „*Es mag hier der Ort seyn, zu bemerken, dass ich Epidemieen beobachtet habe, ohne einen einzigen Kranken zu verlieren, aber wiederum andere, in welchen die gerühmten Brech- und Laxirmittel eben so wenig vermochten, wie andere gepriesene Mittel. In diesen verlor ich von d r e i Kranken fast immer Einen, ich mochte anwenden, was ich wollte. Denselben Verlust haben meine Herren Collegen zu beklagen, die sich anderer Methoden bedienten. Diese Epidemieen sind Gottlob! selten, aber man muss sie nothwendig durch eigene Erfahrung kennen, um zu wissen, wie viel oder wie wenig unsere arzneyliche Methode in diesen Fällen überhaupt leisten könne.*"

12) Num huc spectant HIPPOCRATIS verba (Prorrhet.

Quoties scarlatina encephalitidem sociam agnoscit (interdum vel simpliciter ex impedito cruoris circuitu [13]) repetendam), haecque mature debellari nequit, exsudatio seri in encephalon locum obtinet, aegrum saepissime praevia falsa specie levaminis, accedentibus convulsionibus, sopore, paresi et oedemate externo peremturum [14]).

Semiotica. 2. Itaque facile intelligitur, cur in scarlatina mali ominis sint: matura vel tarda nimis exanthematis apparitio [15]), illius imperfecta evolutio [16]), coma, convulsiones, obfuscatio oculorum,

Lib. I. No. XI.): „Fauces dolorosae graciles, cum aegre tolerabili molestia, strangulatoriae, perniciosae acute. Quibus spiritus retrahitur, vox autem strangulatoria est, *et vertebra intro* considet, his in fine velut contrahente quodam spiritus fit?" Cfr. P. II. Vol. I. Sect. II. cap. II. §. VIII. No. 2. (58.).

13) „*Durch die Entzündung des Rachens und anderer herumliegenden Theile (werden) die Hals- und Wirbelblutadern so gedrückt, dass sie sich nicht in die Schlüsselblutadern ausleeren können, woraus hernach eine entzündliche Stockung im Gehirn und dessen Aderhöhlen entsteht.*" (Plenciz l. c. p. 153.).

14) Nemo hujus generis scarlatinam accuratius indicavit Wendtio (l. c.).

15) Omnibus epidemiis non quadrat sententia Plencizii (l. c. p. 82.), ubi asserit: „*Je langsamer und später der Ausbruch des Exanthems erfolgt, desto gutartiger ist die Krankheit.*" Potius sequenti debitos inter limites subscriberem: „*Je geschwinder und häufiger sie aber den Körper befällt, desto bösartiger ist sie.*"

16) Rite Pfeufer (l. c.) aequabilem scarlatinae lacte flo-

rum, surditas, siccitas narium aegrum ad repetitam et inanem munctionem cogens [17]), epistaxis inanis [18]), dentium stridor [19]), impotentia degluttiendi, anxietas, respiratio difficilis, suffocationis periculum, diarrhoea vires prosternens [20]), emphysema [21]), peticulae, vibices, largae haemorrhagiae, urina pauca, fuga exanthematis [22]) ante debitum

rentis super universam cutim propagationem, bonis signis adnumerat; etiamsi casus non desiderentur scarlatinae levissimae vix colorem cutis mutantis.

17) Aaskow, Kreysig ll. cc.

18) „Malignam significationem praebet aegris sanguinis stillicidium e naribus." (Heredia l. c. p. 100.). Sic et Malouin l. c.

19) Bicker l. c.

20) Vera ceterum Eichelii (l. c.) observatio, alvum ab initio liberam boni esse ominis.

21) Wendt *Klinische Annalen.* p. 88 — 90.

22) Quamvis ante triginta et quod excurrit annos jam docuerim (Ratio instituti clinici Ticinensis. Vindob. 1797. p. 170.): „Quidquid nocumenti malique in aegrotis conspiciendum se praebeat, non tamen id a *repulsione* exanthematis mihi videtur derivandum esse; quum retropulsio ipsa jam alterius caussae effectus sit. Longe rectius dicemus; disparuit exanthema, seu retrocessit, quia morbus increvit, quia exanthema dereliquit exteriora. Quando, dii boni, cessabimus demum, effectum pro caussa, caussam pro effectu venditare?" — quamvis, inquam haec docuerim, nihilominus Stieglitzio assentire non possum, qui asserit (l. c. p. 128.): „*Ihr Aerzte fürchtet das Zurücktreten des Scharlachexanthems, seine Uebersetzung auf*

bitum tempus et quin desquamatio [23]) sequatur febrisque cesset [24]), tremor cordis, abortus [25]) alia-

innere Theile? Falsche Voraussetzungen, falsche Folgerungen! Durch eine unglückliche Wendung des Fieberzustandes . . . kann jedes Exanthem, und also auch jenes des Scharlachs, in seiner Entwicklung gestört werden, oder Rückschritte machen. Das ist aber immer nur Folge." Multo minus assentio Benedicto dicenti (l. c. p. 23.): „*Ein grosses Verdienst hat sich in unseren Tagen Stieglitz dadurch erworben, dass er die Unwichtigkeit des Scharlachexanthems auseinander setzte, und dadurch der Annahme einer bessern Heilmethode die Bahn brach.*" In ea nempe versor opinione, ex impeditis evolutione et curriculo scarlatinae in cute, facillime contingere, ut modo partes internae nobilissimae morbi vim experiri debeant. Nonne ipsa interdum cutis conditio evolutioni exanthematis obstaculum ponendo efficit, ut scarlatina gravior evadat?

23) Debita desquamatio post scarlatinam, praecipue graviorem, res est magni momenti. Absit itaque, ut dicam cum Mostio (Op. c. *Th.* 2. p. 89.): „*Ueberhaupt trifft* Pfeufer *der Vorwurf, dass er auf das Exanthem und auf dessen* caput mortuum, *die Desquamation, zu viel Gewicht legt, ein Umstand, wodurch man leicht verführt werden kann, diese Dinge für Krisen anzusehen, oder deren Erscheinung wohl gar durch Arzneyen zu befördern, sobald man nehmlich die wahre Natur des Scharlachs verkennt und den alten irrigen Meinungen huldiget.*"

24) „*Wenn nach verschwundenem Ausschlage die Kranken noch an Fieber und Schlaflosigkeit leiden, so ist dies ein Zeichen, dass die Krisis nicht vollkommen gewesen, und noch vieles zu fürchten sey.*" (Plencız l. c.).

aliaque ex prognosi encephalitidis, peripneumoniae et typhi desumenda.

3. Nisi desquamationis opus rite absolvatur, haud pauci aegrorum, quamvis convalescentiae proximi, in febrem, tumore et doloribus abdominis, vomitu, excoriatione circa anum, respiratione difficili, pectorisque cruciatu stipatam, qua plerumque sexto aut octavo die exspirant, incidunt: vel inopinate inquieti facti convelluntur, delirant, continuo e lecto prosiliunt, ac post aliquot horas fatum supremum subeunt [26]. Nonnulli febrem intermittentem [27], longe autem saepius febrem hecticam, suppurationis internae effectum, experiuntur. Aliàs scarlatinam sequi solent insignis cutis sensibilitas [28], ecchymomata [29], dolores et tumores articulorum veluti in rheumatismo acuto [30], eorumque suppuratio [31], metastasis ad coxam, femoris luxationem producens [32], absces-

Mala residua.

25) Ballonius l. c.

26) Navier l. c. p. 21. — Bicker l. c. p. 160. — De Meza acta Hafn. T. II. p. 67.

27) Horn's *Archiv.* 1811. p. 257.

28) Clark l. c. p. 362. — Cutim a minimo attactu doluisse observavi.

29) Virgo Vilnensis, perpessa scarlatinam, tot ecchymomatibus cooperiebatur, quot in morbo maculoso haemorrhagico Werlhofii observari solent.

30) Bicker, Rush ll. cc.

31) Sims l. c. p. 407. — Withering l. c. p. 18. 24.

32) *Sammlung auserl. Abhandl. für pr. Aerzte. B.* 2. p. 7. 8.

abscessus ad mammas[33]), ad parotides, ad glandulas submaxillares, axillares, inguinales[34]), mesentericas[35]), tumores testiculorum[36]), erosio vasorum sanguiferorum subsequente haemorrhagia[37]), urina cruenta[38]), parulis, stomacace, ulcera ad angulos oris et linguam[39]), abscessus colli et faucium, nonnunquam ad jugulum feliciter aperti[40]), aliàs ad externam vel internam juguli partem letali cum eventu depleti[41]) raucedo perpetua[42]), tussis chronica, asthma convulsivum[43]), epilepsia[44]), chorea St. Viti[45]), mania[46]),

33) Withering l. c. 34) Bicker l. c. p. 151.

35) Diarrhoeas puriformes et cruentas scarlatinae reliquias, ex suppuratione glandularum meseraicarum, probabiliter jam ante scarlatinam labefactatarum, observavi.

36) Heberden l. c.

37) Baldinger's *Magazin.* *B.* 9. *St.* 3. p. 208.

38) Lorry l. c.

39) Vilnae, hieme a. 1811—1812, saepius obveniebant. In orphanotrophio Vindobonensi plurimi superata scarlatina scorbutici fiebant.

40) Rush l. c. Tale exemplum nuper in infante trium annorum conspexi.

41) Hageström l. c. 42) Wedemeyer l. c.

43) J. P. Frank a. 1793, pro viro Mediolanensi in consilium vocatus est, qui octavo aetatis anno scarlatinam perpessus erat, ex qua tussis chronica, post viginti duos annos in asthma convulsivum conversa, ortum duxit.

44) Friese l. c. 45) Idem et Kreysig ll. cc.

mania [46]), narium [47]) et aurium fluxus [48]), sudores colliquativi [49]) et frequentissime *hydrops*, praecipue *anasarca*, probe ab hydropibus distinguendus, qui *sub ipso scarlatinae curriculo*, ex inflammationibus viscerum pullulant. Morbus ille, primum a Storchio, dein fere ab omnibus, qui de scarlatina disseruerunt, nec non a quibusdam aliis [50]), descriptus, interdum sub ipso desquamationis stadio, hinc inde prima convalescentiae septimana, utplurimum inter decimum et vigesimum ab exanthematis termino diem, nunquam post sextam hebdomadem, cum lassitudine,

46) Willan l. c. p. 208.

47) Ziegler's *Beobacht.* p. 93.

48) Eichel, Plenciz, Rush, Wendt ll. cc. Hic locus est, monitum inserendi, ut scilicet *aurium* tam sub scarlatinae ipsius curriculo, quam convalescentiae tempore, habeatur ratio, praecipue apud infantes, qui fari adhuc nequeunt. Saepius enim hi ejulatus continuos edunt, quorum caussa non intelligitur, donec tandem pus e meatibus auditoriis manet.

49) Sic in femina a. 1792. in clinico instituto Ticinensi decumbente vidi.

50) G. Vieusseux *mémoire sur l'anasarque à la suite de la fièvre scarlatine. (Recueil périodique de la Soc. de médecine de Paris. T.* 6. p. 377 *et* 401. *T.* 7. p. 396.). — W. Ch. Wells *Observations on the dropsy, which succeeds scarlat fever. (Transactions of a society for the improvement of med. and chirurg. knowledge. Vol.* 3. p. 167.). E. Ploucquet diss. systens hydropum cum scarlatina coincidentium exempla. Tüb. 1801.

dine, morositate, anorexia, adoritur; quibus tumor oedematosus faciem, praeprimis palpebras, manus et praecipue extremitates inferiores detinens ac plerumque noctu evolutus, succedit. Haud raro febris, interdum faucium dolore stipata, constanter vero urina pauca, fere sanguinea, aut brunea, aut ex atro fusca, nonnunquam cum sedimento roseo, globulos cruentos continente, animadvertuntur. Post paucos jam dies universa corporis superficies, genitalibus, praesertim scroto, non exceptis, hydropis anasarcae phaenomena prae se fert. Nisi mature tanto occurratur malo, facile signa hydropis sive pectoris, sive abdominis, sive cerebri superveniunt. Caussam transitus scarlatinae in hydropem (tempore hyemali communiorem), aut in peculiari genio epidemico morbi [51]), aut, quidquid dicat Heimius [52]), in refrigeratione corporis [53]), aut in animi pathematibus, aut in erroribus diaetae, aut in cohibitis praepostere evacuationibus, praecipue diarrhoea,

51) Sub nonnullis scarlatinae epidemiis, hydropem, irritâ magnâ convalescentium cura, sequutum, aliàs nullâ fere adhibitâ cautelâ, non obortum vidi. Comparandae sunt observationes Vogelii (l. c. §. 75.) et Kreysigii (l. c. p. 73.).

52) l. c. p. 71.

53) Maxima pars hydropum mihi post illas scarlatinas obvenit, quae lenissime decurrebant; parentes enim aegrotorum, tunc morbum vix suspicantes, veniam intempestive excundi iis non denegabant.

rhoea, et generatim in perversa scarlatinae praegressae cura, aut in opere desquamationis interrupto, aut in praevia systematis lymphatici labefactatione (tenera aegrorum aetate concurrente [54])), quaerimus. WILLANO (aliisque [55])) contendenti [56]), hydropem frequentiorem et intensiorem esse, ubi exanthema laete floruerat et largam exhibuerat desquamationem, nullo pacto assentiri possumus. Caussa proxima hydropis post scarlatinam interdum quidem in *atonia*, longe autem saepius (testantibus observationibus medicorum Florentinorum [57]) et Londinensium [58])) in *statum inflam-*

54) Rarius sane hydrops anasarca, ceu scarlatinae effectus, absoluta pubertate obvenit. Interea mense Julio a. 1818. Judaeum triginta octo annorum tali morbo laborantem, Vilnae curavi.

55) „*Durchgängig habe ich beobachtet, dass die nach Ablauf des Fiebers eintretende Geschwulst des Körpers lediglich von dem vorhergegangenen Ausschlage abhing; denn je stärker dieser gewesen war und mit ihm die nachtheilige Abschuppung der Haut, desto gewisser war die Wassergeschwulst, und desto stärker der Grad derselben als eine traurige Folge zu erwarten; je geringer hingegen der Ausschlag und die mit demselben verbundene Schälung der Haut sichtbar wurde, desto weniger hatte man Ursache, dieser Erscheinung entgegenzusehen, wenigstens konnte man sich doch immer nur eines geringen Grades schmeicheln.*" (GRUNDMANN l. c. p. 15.).

56) L. c. p. 207.

57) *Avvisi sopra la salute umana. Tc. 3. No. 5.* — JOS CALVI, commentaria de hodierna Etrusca clinica.

inflammatorium, seu, ut putamus potius, *rheumaticum*, exsudationem serosam largiente, locata est. Systematis *arteriosi* affectio praeprimis subesse videtur. Nec *renum* hîc *conditio* praetervidenda [59]), etiamsi iis, qui originem anasarcae post scarlatinam, indiscriminatim in renum affectione quaerunt [60]), assentiri minime possimus. Nisi morbus copiosâ urinarum excretione, vel sudore universali, primis hebdomadibus solvatur, plerumque curriculo mensis, praecipue apud juniores et graciles, lethalis evadit, unde CULLENIUM pro haud periculoso eundem declarasse [61]), vehementer miramur.

Secunda infectio.

4. Scarlatinam *bis* eundem hominem aggredi posse, ex eo elucet, quod ii, qui hunc morbum jam perpessi sunt, dum aegrotantibus scarlatina laborantibus adstant, interdum in faucium inflammationem, omnes characteres cynanches scarlati-

Extat in RONCALLI PAROLINI medicina Europae. — BURSERIUS l. c. §. 90. 91. 92.

58) WELL l. c.

59) *Nephritidis*, sociis dolore summo in regione renis sinistri ab attactu aucto, sensu aegritudinis, urina coloris ambrae fuscae latitabat in hydrope, scarlatinae effectu, de quo narrat J. DARWALL, in: *Report of diseases of Birmingham, from July to October* 1823. (*The Edinburgh med. and surg. Journal.* 1824. *Jan.* p. 227.).

60) FISCHER, in: HUFELAND's *Journal der pr. Heilk.* 1824. *Febr.* p. 50.

61) L. c. §. 664.

latinosae referentem [62]), vel in febrem, exacte scarlatinae stadia percurrentem [63]), incidere solent. Scarlatinam autem *bis normali modo evolvi* [64]) semel tantum vidimus [65]), minimeque viderunt WILLAN, WITHERING, ROSENSTEIN etc. Posse id contingere HEBERDEN et FORMEY concedunt. Cavendum est, ne *ejusdem* scarlatinae, praepostere antea fugatae, post mensem, ut observavimus [66]), praevio miliari exanthemate *reditum*, cum desquamatione, pro *secunda infectione* habeamus.

§. VI.

C u r a.

1. Ad *scarlatinam praepediendam* [1]) jam dudum commendata sunt: masticatio radicis gentianae Prophylactica.

62) WILLAN l. c. p. 210. — WAGNER, in: *Frankfurter medicin. Wochenblatt.* 1783. *St.* 23. 24.

63) In memorabili illa epidemia scarlatinae, quae in orphanotrophio Vindobonensi a. 1801. mense Novembri ingruit, plurimi, qui praegressis annis scarlatinam jam habuerunt, nunc in febrem, instar scarlatinae decurrentem, inciderunt.

64) Exemplum refert JÖRDENS (HUFELAND's *Journ. der pr. Heilk. B.* 14. *St.* 4. p. 102.).

65) In aegro clinici Vilnensis. Lege et WETZLER, in: *Salzb. med. chirurg. Zeitung.* 1814. No. 8. p. 127.

66) In clinico Vilnensi.

1) RAGOI de purpurae scarlatinae prophylaxi. Viglev. 1809.

tianae et cauteria ad brachia [2]), emetica, errhina et collutoria ex ammonia cum sufficiente quantitate aquae [3]), purgantia [4]), aqua pisselaea [5]), *calomel* [6]), lotio corporis fotusque oris aquae frigidae et aceti ope [7]), acida mineralia, tum interne, tum externe sub forma gargarismatis [8]); subfumigia vel ex acido muriatico sive simplici sive oxygenato [9]), vel ex acido nitrico [10]), vel ex acido pyro-lignoso [11]), calomel et sulphur auratum antimonii [12]), scarlatinae insitio [13]), electricitas galvanica [14]) et maxime *succus foliorum atropae belladonnae* [15]). Quibus singulis, unis quod-

2) ALAYMUS l. c. 3) WITHERING l. c.

4) KIRKLAND apud CAPPEL l. c. p. 167.

5) SULZER *Reichsanzeiger.* 1801. p. 390.

6) SELIG l. c.

7) GIRTANNER *Abhandl. über Kinderkrankh. Berlin* 1794. p. 225.

8) SIMS l. c. — NEUMANN *Aufsätze und Beobachtungen für Aerzte.* B. 1.

9) HEGEWISCH, WOOD, BLACKBURNE ll. cc.

10) BIMS apud WILLAN p. 294. — AUGUSTIN *Archiv der Staatsarzneykunde.* B. 1. St. 1. p. 10.

11) PITSCHAFT l. c. p. 124.

12) HUFELAND's *Journ. der pr. Heilkunde.* B. 16. St. 1. p. 175.

13) FRITZE l. c. — LEHMANN in RUST *Magazin für die gesammte Heilkunde.* B. 22. H. 1. p. 61.

14) MOST op. c. *Th.* 2. p. 262. Et: *Ueber Galvanismus* p. 118.

15) Incepit HAHNEMANN hoc pharmacon guttularum sub forma primum ut *arcanum* venditare (*Reichsanzeiger.*

quodammodo suffumigiis acidis exceptis, quum nullam

p. 418. — *Salzburger med. chir. Zeitung. B. 2.* p. 286.), dein a. 1801 et 1808. publici juris fecit. (Opp. citat.). Suasit tunc ut granum unum succi inspissati foliorum atropae belladonnae recenter expressi in 350 guttis aquae destillatae solvatur, additis 50 guttis alcohol. Hujus tincturae *gutta una* iterum 300 guttis aquae (et 50 alcohol.) immiscenda, et hujus mixturae rursus *gutta una* in 200 guttis aquae diluenda erat: ita ut istius quaevis gutta $\frac{1}{24,000.000}$ partem grani succi inspissati contineat. Ultimae hujus mixturae spatio 72 horarum porrigendae forent infantibus anni I guttae 2 — annorum II guttae 3 — annorum III guttae 4 et sic porro; pro homine tandem annor. IX guttae 14 vel 16, et pro adulto annorum XX — XXX usque ad guttas 40, neque ultra. Sub hujus pharmaci usu frigus, animi pathemata, potulenta calefacientia, acetum aliaque acida, utpote (audiatis) vim atropae belladonnae *extollentia* (!) prohibenda esse; ceterum in regimine nil mutandum esse contendit. — Recentiori tempore Hahnemann directe succum atropae belladonnae in alcohol ejusdem ponderis solvendum esse docet. Ejusmodi solutionis (parte limpidâ a sedimento separatâ) guttae duae in guttis 98 alcohol cohobati miscentur ac in vase vitreo agitantur. Cujus solutionis *gutta una* rursus guttis 99 alcohol additur, et haec operatio tricies repetitur. Emergit inde solutio, ad tantum gradum diluta, ut gutta ejusdem una contineat partem $\frac{I}{X}$ (*Ein Decilliontel*) unius guttae succi belladonnae. Haec solutio infantibus ab anno aetatis primo ad sextum accommodata dicitur. Natu majoribus, robustioribus gutta singula solutio-

nullam vim adversus scarlatinae contagium inesse existi-

num minus dilutarum (*infra* tamen numerum decimum quintum mixtionum) suadetur. Prout periculum infectionis urget, secunda dosis post nychthemeron, tertia post 36 horas, quarta post 48 horas, reliquaeque omni tertio die porrigentur. Methodus istiusmodi, irrito patrocinio Hufelandii (*Journal der pr. Heilk. B.* 20. *St.* 1. p. 162.), irritisque encomiis Schenckii (ibid. *B.* 34. *St.* 5. p. 119.), Masii (ibid. *B.* 36. *St.* 1. p. 123.), A. W. Hedenii (ibid. *B.* 38. *St.* 5. p. 42.) atque Gumpertii (ibid. *B.* 47. *St.* 1. p. 147.), medicorum plausu minime gavisa est (Vid. *Reichsanzeiger.* 1801. p. 390. — *Salzb. med. chir. Zeitung. B.* 4. p. 316. — Schulze diss. cit. p. 38., ubi ait: „Sed cum alii medici fide dignissimi idem foliorum belladonnae extractum exhiberent, ipsorum spes, de illius remedii virtute prophylactica concepta, penitus eventu exoptato destituta est"); donec F. A. G. Berndt (l. c. et in Hufeland's *Journal der pr. Heilk. B.* 51. *St.* 2. p. 5.) illam per proprias observationes ex epidemiis scarlatinae a. 1817 — 1819, in circulo *Cüstrensi* grassatis, extollere conatus sit. Sequenti idem, praeeunte A. W. Hedenio (l. c.), uti solebat formula: R. Extracti belladonnae grana duo. Aquae cinnamomi vinosae unciam unam. M. D. S. Pro infantibus unius anni a guttis duabus ad tres mane et vespere, pro reliquis tot guttae quot annos nati sunt, per spatium quatuor vel sex hebdomadum, dosi pedetentim imminuenda. Observationes adlatas confirmarunt: Rauschenbuch (Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde. B.* 51. *St.* 7. p. 22.), Muhrbeck (ibid. *B.* 52. *St.* 2. p. 1.), Meglin (ibid. *B.* 54. *St.* 6. p. 79.), Düsterberg (*B.* 55. *St.* 4. p. 119.), Schenk (ibid. *B.* 56.

existimemus [16]), salutem duntaxat in fuga contagii

F 2 (cui

St. 4. p. 1.), Behr (ibid. *B.* 57. *St.* 2. p. 1.), Benedict (l. c. p. 5.), Wesener (l. c. p. 7.), Zeuch (l. c. p. 9.) etc. (ibid. *B.* 59. *St.* 5. p. 1—7.); Kopp (*Jahrbücher der Staatsarzneykunde. St.* 4.), Bloch (Rust's *Magazin der gesammten Heilkunde. B.* 17. *Heft* 1. p. 139.), Rau (*Ueber den Werth des homöopathischen Heilverfahrens*), E. Martini (*Archive général de médecine. T.* 5. *Juin*), Banej (Acta soc. med. Hafn. V. sextum. Havn. 1821), H. Beeke (*Alg. Konst en Latterbode* 1825. *No.* 11.), Wendelboe's (*Aus Bibliothek for Läger. Heft* 2.), Pitschaft (l. c.). Velsen (Horn's *Archiv für med. Erfahr.* 1827. *März, April.* p. 189.). — Contra vim prophylacticam belladonnae adversus scarlatinam testantur (praeter haud paucos silentes): Teuffel, Axmann, Wenneis, Hang et Krauth (*Versuche mit der Belladonna als Schutzmittel gegen das Scharlachfieber, und ihre Resultate.* In: *Annalen der gesammten Heilkunde, unter der Redaction der Mitglieder der grossherzoglich Badischen Sanitäts-Commission. Jahrgang* 2. *Heft* 1. p. 147.), Simon (l. c. p. 394.), Fr. Bene diss. sistens quaedam memorabilia clinica. Pesth. 1825. p. 54.), Wagner (Horn's *Archiv für med. Erfahrung.* 1825. *März und April.* p. 214.), Lehmann (Rust's *Magazin für die gesammte Heilkunde. B.* 22. *Heft* 1. p. 52.), Mierendorf, Schmidt, Haselberg, Kaminski (ibid. *B.* 23. *Heft* 2. p. 374.), Kreysig (Hecker's *Annalen* l. c.), Puchelt (*Heidelberger klinische Annalen, B.* 1. *St.* 2.), Wildberg (*Einige Worte über das Scharlachfieber und den Gebrauch der Belladonna als Schutzmittel gegen dasselbe. Leipz.* 1826). — G.

(cui scopo praecepta adversus typhum [17]) jam tradita,

G. SCHWARTZE progr. de belladonna scarlatinae praesidio. Lips. 1827.

16) Haec sententia explicationem respectu *atropae belladonnae* exposcit. En candidissimam. Belladonnam, ut scarlatinae prophylacticum *non* adhibui: obstabat nimirum *sensus communis*, quo minus eo pharmaco minimis et ridiculis illis dosibus, quae ab HAHNEMANNO indicantur, uterer; et obstabat conscientia, quo minus infantibus adhuc sanis unum ex potentissimis venenis, ancipitis experimenti gratia, in dosi, qua effectus expectari potuisset, propinarem. Nec solus ita sentio; lego enim apud TEUFFEL (l. c. p. 250.): „*Zwei sehr erfahrene und gelehrte Aerzte, der Kreis-Medicinal-rath Dr.* STEIMMIG *in Werthheim, und Assistentarzt Dr.* WEDEKIND *in Mannheim haben offen erklärt, dass sie sich durchaus nicht entschliessen können, die Belladonna als Schutzmittel gegen das Scharlachfieber anzuwenden.*" Dicat modo bonus noster HUFELANDIUS (*Journal der pr. Heilkunde.* 1823. *April.* p. 16.), atropam belladonnam parvis dosibus *penitus esse innocentem* (*völlig unschuldig*), ego effectuum, quos narcotica, parvâ licet dosi porrecta, in tenello edunt infantis corpore, nimis memor sum, quam ut illi assentiri possim. Et quando tale venenum suadetur exhibendum? Dum infans in periculo versatur, morbum experiendi, qui ubi gravius affligit, alioquin systema nervosum pessumdat. Et qua demum ratione ductus experimentum alea plenum instituerem? Quia HAHNEMANNO somniare placuit, atropam belladonnam effectus symptomatibus scarlatinae similes exserere. *Somniare* inquam, ne dicam plus; nam faucium siccitatem et faciei ruborem,

dita, praesertim cura severa scholarum et ambulacro-

quae usum belladonnae sequi solent, cum cynanche et universali cutis rubore in scarlatina comparare velle, absurdum est. Sed ut justa sit comparatio! An inde sequeretur, belladonnam scarlatinae esse debere antidotum? Quisnam sacras logicae leges sic concularet! Haud quidem ignoro, HAHNEMANNUM belladonnam propterea ut scarlatinae antidotum proposuisse, quod observarat, puellam, quae ob morbum quemdam externum illa utebatur, a scarlatina in eadem familia regnante, immunem mansisse. Talis autem immunitas, ut phaenomenon quotidianum, medico experto mira non apparuisset. Jam monui me *persaepe* vidisse pueros, nullâ adhibitâ curâ prophylacticâ, impunc inter aegrotos scarlatina detentos decubuisse, meque ipsum millenos aegros, quin unquam hunc morbum acceperim, sine ulla cautione, curasse. Nec valet objicere, me in infantia scarlatinam forte perpessum esse; nam historia morborum meorum infantilium a patre sedulo chartae commissa est, et scarlatina inter illos desideratur. Quae cum ita sint, casus etiamsi frequentes hominum, qui sub belladonnae usu inter aegros scarlatinâ laborantes, incolumes vixere, tanquam testimonia virtutis illius contra morbum istum admittere nequeo. Verum, utinam HAHNEMANNI fautores tales casus pene multos afferre possent. Vix enim unus inter illos extat, qui exempla infectionis, quae sub ipso belladonnae usu contigerint (et mihi nota) non narraret. Alii, annuente ipso HAHNEMANNO, fateri adiguntur, belladonnam duntaxat adversus scarlatinam *laevigatam*, neutiquam vero adversus miliformem tueri. Alii tandem culpam infectionis in eo quaerunt, quod belladonna sero nimis, videlicet latente jam contagio

lacrorum publicorum infantilium inserviunt) et aëris puritate quaerimus [18]).

2. Vis

exhibita fuerit. Praeterea quum Hahnemanni prophylacticum patrocinium Hufelandii nactum sit, nonne suspicari liceret, medicos nonnullos, beneficia et honores ab *Archiatro* expectantes, ad captandam ejus benevolentiam, belladonnae adversus scarlatinam efficaciam, laudibus extulisse? Simile quid saltem quondam respectu cicutae contigisse historia docet. Tandem quis ignorat, laudes remediorum novorum canere, brevissimam ac certe facillimam esse viam, sibi famam conciliandi! Sed concessa etiam antidoti fautoribus optima fide, quot non errandi occasiones praesto sunt, tum propterea quod annua constitutio, propagationi contagii scarlatinae favens, eo ipso tempore, quo cum antidoto experimentum instituitur, fortuito terminum attingere potest, tum propterea quod homines in genere ad res optatas pro veris admittendas proni sunt. Et quis non optaret, ut belladonna revera praestiterit, quae ipsi tribuuntur? Ego certe non ultimus. At quo magis pium aliquid fovemus desiderium, eo magis nosmet ipsos adversus credulitatem munire oportet. Quae singula, si perpenderis, fateri tamen debebis, longe abesse, ut belladonnam inter et vaccinam comparatio, quod blasphemium jam pluries audivisse mihi contigit, instituere liceat. Intelliges quoque, nonnullos Magistratus legem a medicis phanaticis propositam, qua cives ad usum belladonnae pro praecavenda scarlatina cogendi forent, jure meritoque rejecisse. Modo ipse Hufelandius jam titubare incipit docente ejus recentissimo opusculo: *Die Schutzkraft der Belladonna gegen das Scharlachfieber, zur fernern Prüfung aufgestellt. Berlin*

2. Vis *scarlatinae simplicis curam* feliciter absolvere? Committe morbum naturae. Ac re quidem vera qualem pharmacorum ope attingere velles

C. scarlatinae simplicis.

1826. — Omnium observatorum testimonia pro et contra vim prophylacticam belladonnae adversus scarlatinam tabularum ope pulchre exposuit SERLO (HECKER's *Liter. Annal. der gesammt. Heilkunde. Dritter Jahrg.* 1827. *July*. p. 310).

17) In Anglia nosocomia pro typho etiam scarlatinae dicata sunt. JOSEPH FRANK's *Reise nach Paris, London u. s. w. Th.* 2. p. 301.).

18) Sic et CURRIE (*Letter collect.* etc. p. 170.): „*There is no doubt, that the occurrence of scarlat fever is increasing, not as a prevailing epidemic contagion, which reigns only during certain periods in particular districts, many examples of which are recorded in the Annals of Medicine, but as an infectious disease (existing in every season), kept alive, and in constant activity, by the thoughtless communications of social intercourse . . . . . I think it necessary, also, to apprise my readers, that the strict separation of the sick and the free admission of pure air, where situation and the season of the year admit it's abundant introduction, are more to be relied upon than any fumigations, such as the vapours of the muriatic, the nitrous and the acetous acids; these are very useful auxiliaries, but in my opinion, ought not to be solely depended upon as principals . . . . The methods of Morveau or Carmichael Smith have never been practised in these wards; or in the former wards of the (Liverpool) infirmary; and our experience seems to decide that the proper use of pure water and pure air may wholly supersede them.*“

velles scopum? Morbum extemplo debellare? Non licet. Illum mitigare? Jam satis est mitis. Pharmaca antiphlogistica, ut nitrum, aliaque salia et alvum moventia potius febrem praepostere compescunt et evolutionem exanthematis perturbant. Diapnoica ut ut lenia calefaciunt [19]. Excitantia febrem ultra limites excitant, eique phlogoses addunt. Vere hinc SYDENHAM [20]) edixit, hoc ex morbo neminem mori nisi diligentiâ medici, pharmacis videlicet multifariis. Et STORCH [21]) ad antiquum provocat adagium: „Quod potest fieri per pauca, non debet fieri per multa.“ Interea si ad mitigandam faucium affectionem vel emulsionem, vel serum lactis, vel linctum exhibere tibi placeat, nemo iniquum esse dixerit. Ad *regimen diaeteticum* quod spectat, libenter quidem fatemur, nimium lecti calorem aegrotis hoc in morbo haud conducere. Permittemus igitur, ut aegri lectum non petant, deambulent, aut quod a REICHIO [22]) suadetur, domo exeant? Neutiquam. Quid enim si aura frigida illis allideret,

19) „Abstinendum a remediis sudoriferis, vel nimiis stragulis, quia et inde benignus morbus in periculosum et lethalem facile vertitur.“ (QUARIN meth. med. febr. p. 147.). Pulchre diaphoreticorum damna exposuit quoque H. BOEHM (l. c.).

20) Sect. VI. cap. 2. 21) *Scharlachfieber.* p. 252.

22) L. c. p. 214. („*Das Krankenzimmer wird nicht geheitzt und die Kranken können in jeder Witterung ausgehen*“).

deret, vitaque inde periclitaretur? Culpa in vestram conjiceretur audaciam, idque omni jure, quum vestrum fuisset magni viri sequi monita [23]). Quodsi nimius calor nocet, inde non sequitur ad frigus recurrendum esse. Media datur via [24]). Carnes, eorum juscula, coffea, vinum, animi pathemata ingrata evitanda esse, ex praeceptis generalibus abunde elucet.

Cura scarlatinae inflammatoriae.

3. In *scarlatina inflammatoria* curanda tuum erit, morbi impetum infringere, eumque ad simplicitatem reducere. Duo potissimum ad hunc scopum consequendum sese exhibent auxilia, *sanguinis scilicet* et *caloris detractio*. Accedit *lenis alvi*

23) Burserius noster (l. c. §. 68.) monet: „Nihil vero perniciosius est purpura scarlatina laborantibus, quam ea praesente corpus detegere, aut e lecto surgere, et diu extra morari, aut incaute aëri paullo frigidiori sese exponere. Facile enim introvertitur magno cum vitae periculo. Nec audiendi sunt regiminis refrigerantis laudatores nimii, qui in hujusmodi morbis indiscriminatim aegros extra lectum quotidie semel, aut bis per aliquod tempus manere cogunt, et toti pene ad aërem renovandum refrigerandumque incumbunt. Quantum discriminis res ista habeat, nemo melius norit, quam diligens, et ingenuus eorum, qui hanc methodum subsequuntur, sine partium studio observator. Itaque ne quid mali obveniat, cavendum plane est, a quacunque vel levi caussa, quae repellere purpuram possit, aut exspirationem cohibere."

24) Temperatura 14° Th. Reaum. optime scarlatinae simplici quadrare mihi videtur.

alvi purgatio. De singulis speciatim. Febrem vehementem (etsi pulsus non sit plenus et durus [25])), calorem urentem, spirandi difficultatem, cum dolore quasi pleuritico, turgorem faciei, cephalaeam cum proclivitate ad encephalitidem, ardorem ventriculi et vomitum, nec non gravem faucium inflammationem, *venae sectionem* in quocunque scarlatinae inflammatoriae stadio, exposcere SEVERINUS [26]), MERCATUS [27]), MORTON [28]), FREIND [29]), DE MEZA [30]), LANGHANS [31]), NAVIER [32]), PLENCIZ [33]), BURSERIUS [34]), VOGEL [35]), J. P.

25) „*Ich habe einigemal mit grosser Verwunderung wahrgenommen, dass starke und recht gesunde mit dem Scharlachfieber befallene Kinder oder Jünglinge in kurzer Zeit mit schwachem öfterm und ungleichem Pulse sehr schwach darniederlagen, weswegen ich unschlüssig war, ob ich in solchen Fällen Blut lassen sollte oder nicht. Die Erfahrung hat mich aber gelehrt, dass die Kranken durch eine Aderöffnung vielmehr gestärkt als geschwächt wurden; denn der Puls wurde dadurch gleicher, stärker und weicher, welches eine Anzeige ist, dass in dergleichen Fällen die Kräfte für unterdrückt, aber nicht für erschöpft zu halten sind.*" (PLENCIZ l. c. p. 90.).

26) l. c. 27) l. c.

28) De febre inflammatoria universali. Cap. 5.

29) Historia medicinae. p. 21. edit. Venet.

30) l. c. Vol. I. p. 18.

31) *Deutliche Anweisung sich selbst von den gefährlichsten Krankheiten zu befreyen.* Th. 1. p. 24.

32) l. c. 33) l. c. 34) Op. c. p. 85.

35) l. c. p. 242.

J. P. FRANK [36]), KREYSIG [37]), CAPPEL [38]), STRUVE [39]) aliique jure docent. Minorem huic operationi latitudinem ALAYMUS [40]), HEREDIA [41]), CULLEN [42]), HUXHAM [43]) et COTTON [44]) concedunt, ac eam fere prohibent SGAMBATUS [45]), CLARK [46]) et WITHERING [47]). Phlebotomiae (ut reliquae methodo antiphlogisticae) omnem in cura scarlatinae tribuendo laudem, fateamur tamen oportet, multum abesse, ut in scarlatina inflammatoria tantam afferat opem, quantam in reliquis inflammationibus, a caussis non specificis ortis. Quod monitum ideo potissimum in medium proferendum esse credebamus, ne tirones medici, a laudibus nimiis venae sectioni atque antiphlogisticis plurimis, a nostri aevi medicis impertitis, semper expectent, quod non semper obtinetur [48]).

4. Fracto

36) l. c. p. 88. 37) l. c. p. 130.

38) l. c. p. 192. 39) l. c. p. 273.

40) l. c. („Sanguinem non copiose, sed parce hoc in morbo extrahendum esse hortamur").

41) l. c. p. 101. („Brevissime secandam esse venam in hoc confitentur omnes").

42) l. c. p. 660. 43) l. c. 44) l. c.

45) l. c. („In hoc sacro igne non mittendus est sanguis in ea quantitate ac in angina exquisita; — placuit quibusdam in hoc morbo venas secare sub lingua, alii admoverunt hirudines collo: mihi nullum istarum evacuationum unquam probari potuit").

46) l. c. p. 170. 173. 47) l. c. p. 73.

48) Putarem professori therapiae specialis maxime caven-

Continuatio argumenti.

4. Fracto per phlebotomiam febris impetu, si faucium inflammatio vigeat, *hirudines* circa collum ponendae. Fatemur ceterum cum WITHERINGIO éas hîc effectus illos portentosos, quos aliàs sub similibus rerum positionibus exserunt, minime praestare. Methodus haec saepe complicationi dentitionis cum scarlatina accommodata est. *Cucurbitulis cruentis*, hirudinum loco, praecipue inter scapulas commendatis ob periculum refrigerationis haud favemus. Mirum autem est, scarlatinam refrigerationi admodum adversam, sub certis rerum positionibus *affusionem* sive *lotionem frigidam* perferre. Medendi ista ratio, a CURRIE primum commendata [49]), a GREGORY [50]), REID [51]), KOLBANY [52]), NASSE [53]), PETZ [54]), WETZLER [55]),

dum esse, ne suis in praelectionibus et libris plus promittat, quam ad lectos aegrotorum praestare valet. Nimia in pharmacon et medendi methodum excitata spes, quamprimum a sinistro eventu frustatur, mox pusillanimitatem et diffidentiam gignit, exercitio artis nostrae omnino adversas.

49) *Medical reports on the effects of water cold and warm as a remedy in fever and other diseases. Liverpool* 1804. *Vol. I.* p. 31. *Vol. II.* p. 122. Et: *Samml. auserles. Abhandl. für pr. Aerzte. B.* 22. *St.* 3. p. 339. et 376.

50) In propriis liberis scarlatinâ laborantibus, se primùm affusionem frigidam felicissimo rerum successu adhibuisse, mihi clarissimus vir Edinburghi a. 1803. retulit.

51) *Medical and physical journal. Vol.* 9. p. 27. Et: *Samml. auserl. Abhandl. für pract. Aerzte. B.* 23.

LER [55]), FRÖHLICH [56]), PFEUFER [57]), HARDER [58]) confirmata, a nobis ibi cum fructu adhibita est, ubi methodus consueta, diuturniori praxi comprobata, nos dereliquerat. Inconsultum enim credimus tam anceps auxilium [59]), sine summa necessitate adhibere [60]). Affusio aut lotio frigida, sub calore et siccitate cutis, summum attingentibus gradum, indicantur; dummodo phlogoses viscerum thoracis et abdominis desint. Modus illa administrandi uti in febribus nervosis [61]). Porro ad impetum inflammatorium scarlatinae magis magisque infringendum, nisi alvus jam fluat, tum ad clysteres *antiphlogisticos* [62]), tum ad *lenia alvum*

52) *Beobachtungen über den Nutzen des lauen und kalten Waschens im Scharlachfieber.* *Presburg* 1808.

53) HUFELAND's *Journal der pract. Heilk.* 1811. *October.* p. 1.

54) MARCUS *Ephemeriden der Heilkunde.* *B.* 6. *Heft* 2.

55) *Salzburger medicinisch-chirurgische Zeitung.* 1814. *No.* 8. p. 227.

56) l. c. 57) l. c. 58) l. c.

59) Fateor, me nunquam illud sine metu adhibuisse, quamvis illius ope alumnum medicinae in ipso clinico Vilnensi ex orci faucibus eripuerim.

60) Somniat aut delirat GOEDEN (l. c.), ubi ait: „*Das kalte Waschen ist angezeigt in allen Formen des Scharlachs, in der gelindesten, wie in der höchsten, in allen Zeiträumen der Krisis.*" Similia docuit et LODGE (in: *Medical and phys. journal by* FOTHERGILL *and* WART. 1815. *Mai*).

61) P. I. Vol. I. Sect. II. cap. V. §. XXXI. 22.

62) Ex decocto furfurum et aceto commendavit AUTEN-

vum evacuantia [63]), a SYDENHAMIO quidem et a JUNKERO reprobata, sed a STORCHIO, ROSENSTEINIO, PLENCIZIO, BURSERIO, HAMILTONIO et STIEGLITZIO aliisque [64]) jure commendata, confugiendum est. Nil tandem in scarlatina cum complicatione inflammatoria et calore intenso impedit quo minus quid [65]) *nitri* adhibeatur [66]). Praeterea ad cynanchem leniendam decoctum tepidum herbae malvae rotundifoliae, vel radicis althaeae officinalis, vel seminum hordei dystichi, addita si lubet tertia lactis parte, apud adultos pro oris *fotu*, apud infantes pro faucium *injectione*, si absque

RIETH. (*Tübinger Blätter für Natur- und Arzneykunde. B. 1. St. 2.*).

63) Cavendum, ne talia eligantur, quae fauces irritare possent, et si eligantur, corrigenda. En pro infante sex annorum: R. Pulpae tamarindorum drachmas duas. Cassiae (vel mannae) unciam unam. Gummi arabici drachmam unam. Ebulliant cum sufficiente quantitate aquae fontanae ad colaturam unciarum quatuor. D. Omni secunda hora unciam cap.

64) J. E. G. SCHMIDT, MOST ll. cc. passim.

65) MARCUS (*Ephemerid. der Heilk. B. 1. Heft 1.*) se viro scarlatinâ inflammatoriâ laboranti nitri *unciam unam* porrexisse narrat, idque cum optimo effectu, — videlicet aeger non erat trucidatus.

66) Ipse STORCH adhibuit; c. c. pro infante sex annorum: R. Aquae rubi idaei uncias quatuor. Nitri grana decem. Mucilaginis gummi arabici unciam semis. Syrupi mororum unciam unam. M. Cap. sensim sensimque.

absque irritatione adhiberi queant [67]), conducunt [68]). Collo quondam anterius cataplasma subcalidum ex mica panis et lacte, linteo subtili exceptis, applicare solebamus. Serius ab hac methodo, utpote noctu inprimis multas infantibus molestias afferente, abstinuimus. Vesicatorio collum circumdare, aut linimentum volatile eidem illinire, insana sunt conamina. Praesentibus sive aphthis, sive excoriationibus impuris gingivarum, cum halitu foetente, *infusum foliorum salviae officinalis* cum *subborace potassae* [69]), aut cum nonnullis *acidi muriatici* guttis et *melle*, pro *colutorio*, tentari potest, dummodo non nimis irritent. *Acetatem plumbi* [70]) et *capsicum annuum* [71]) nunquam hic usurpavimus, nec facile usurpaturi sumus. Si devicto impetu morbi inflammatorio, pituita densa, fauces et pulmones ita obrueret, ut

67) Storch (l. c. p. 41.) ait: „*Einspritzungen und Gurgelwasser verschlimmern dieses Uebel, so dass oft Delirien und Convulsionen folgen.*" Et Schmidt (l. c.) colutoria rejicit.

68) Wendt op. c. p. 32—35. Injectio levi manu, inclinato antrorsum aegroti corpusculo, inprimis capite, ope syringulae angulo oris introductae, instituitur.

69) E. c. Boracis drachmam semis vel integram, ad libram infusi salviae.

70) Raulin et Boucher (*Recueil périodique de médecine. Vol.* 8. p. 557.).

71) Currie infusum ab initio ex grano uno pro uncia una aquae parari jubet.

ut suffocatio inde metuenda esset, *emeticum* [72]), sub forma liquida [73]), suppeditari debet.

C. scarl. gastricae.

5. Scarlatina *gastrica emeticum*, a Withering, Huxham, Cullen, Clark, Rush, Stieglitz [74]) aliisque commendatum, exposcit, si jam ingruente morbo magna virium dejectio, inquietudo et anxietas adsint, desintque indicia inflammationis viscerum abdominalium aliaeque vomitorii contraindicationes. Plerumque radix *ipecacuanhae* eligi solet [75]). Re dubiâ, *lenia purgantia* emetico anteponi merentur. Magna sane est illorum virtus tum antiphlogistica in scarlatina inflammatoria, tum evacuans in scarlatina gastrica. Interea absit, ut ea cum Stieglitzio [76]) pro universali

72) Albers, in: *Salzburger med. chir. Zeitung.* 1813. *No.* 26. p. 11.

73) Vogel l. c. p. 42. 52.

74) l. c. („*Man mache gleich den Anfang ein Brechmittel zu geben, das man in abgebrochenen, aber schnell sich folgenden Gaben reicht, damit es nicht zu schnell wirkt*").

75) Et ipecacuanhae infusum in scarlatina commendatur. (Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde. B.* 43, *St.* 3. p. 73.). Auctor tamen ita honestus est, ut mox fateatur, se duntaxat tribus observationibus commendationem inniti.

76) En ejus verba: „*Die ausleerenden Mittel kräftig gereicht, sagen dem ersten Stadium des Scharlachs zu, brechen dessen gefahrdrohende Kraft, wenn die Krankheit unter heftigen Zufällen eintritt, machen und erhalten sie möglichst milde, und sind die* e i n z i g e n

versali nostri exanthematis remedio agnoscamus [77]. *Muriatem hydrargyri*, praecipue sub vermium complicatione, reliquis remediis palmam praeripere plurimi docent [78]; ast in morbo febrili alioquin irritatione faucium stipato, libenter a mercurio abstinemus. In genere *calomel* suos in scarlatina curanda laudatores [79], ipsos inter primi ordinis medicos [80], invenire potuisse, vehementer miramur,

und sehr genügen Mittel, die innern Theile und vorzüglich den Kopf vor einem bevorstehenden Fallen der Krankheit auf sie zu schützen."

77) Pulchre KLETTEN (l. c. p. 16.): „Verum etenim, si etiam concedamus, febrim scarlatinosam revera plerumque sthenicam esse, exinde profecto intelligi non potest, cur medicamina evacuantia, emetica et cathartica, ad hunc morbum sanandum apprime apta et opportuna esse debeant, nisi peregrini quid in primis viis congestum sit; quod evacuatione indigeat." Cfr. et VOGLER *Antithesen und Erläuterungen zu der Schrift: Versuch einer Prüfung und Verbesserung der jetzt gewöhnlichen Behandlungsart des Scharlachfiebers, von Dr.* JOH. STIEGLITZ. *Hannover* 1807. (HUFELAND's *Journal der pr. Heilk. B.* 33. *St.* 12. p. 1.).

78) CAPPEL l. c. p. 202. 266. — STRUVE l. c. p. 282. — KREYSIG l. c. p. 107. — Vid. et HUFELAND's *Journal der pr. Heilkunde. B.* 12. *St.* 3.

79) „*Den dritten Platz als Antiphlogisticum nimmt das Quecksilber ein; es ist unentbehrlich in allen höhern Formen des Scharlachs.*" (GOEDEN l. c.).

80) HUFELAND (*Journal der pr. Heilkunde. B.* 12. *St.* 2. p. 86.). — WENDT l. c.

mur, quin inficiemur illud a quadam fortuita scarlatinae complicatione, e. c. cum encephalitide, bronchitide etc. indicari aliquando posse.

C. scarlatinae nervosae.

6. Ad scarlatinae speciem curandam nos accingimus, cuncta artis nostrae hucusque nota conamina eludentem [81]). Loquimur de *scarlatina nervosa*, pestilentiali omnino morbo, qui modo ex scarlatina, vel inflammatoria, vel gastrica, neglecta aut male tractata evolvitur, modo ipsa scenam aperit [82]). Primo in casu, secundum regulas

81) „*Aber gerade hier (im bösartigen Scharlach), wo die Kunst an ihrem Orte wäre, sterben die Menschen mit und ohne Aerzte, welcher Schule sie zugethan seyn mögen. Weder die Balancierkünste des Brownianers im Abwägen der Reizmittel, noch der Zweykampf des Antiphlogistikers mit der Materia peccans, leisteten, nach meinen Erfahrungen, in den bösen Epochen der Epidemie irgend einen sichtbaren Effect. Die Kranken starben bei jeder Wendung des Arztes, und wenn einer hie und da mit dem Leben davon kam, so blieb es zweifelhaft, wem er dasselbe zu danken habe. Freilich glaube ich wohl mit Herrn* Stieglitz, *dass in der neuen Zeit die hirnlose Anwendung erhitzender Mittel vielen Menschen das Leben gekostet hat. Doch gelang es der schwächenden Kurmethode auch nicht, wider jene bemerkte Gestalt der Krankheit etwas auszurichten. Sie tödtete auch schon zu schnell, ehe es noch einmal der Kunst möglich war, ins Zeug zu kommen.*" (Reil l. c. p. 163.).

82) Nescio, uter magis damnandus sit, an Reich, ubi ait (l. c. p. 185.): „*Im Scharlachfieber kann von keiner Bösartigkeit desselben die Rede seyn, und eben*

regulas hucusque traditas incedendum, ita tamen, ut maxime virium habeatur ratio. Cautissime hinc venae sectîo, a SYDENHAMO et GRANTIO laudata, cujus vero pravos effectus CHOMEL, CAPPEL et KREYSIG recensuerunt, locum obtinet. Idem, monente FOTHERGILL, de *emeticis* dicendum. Declarato ocyus serius charactere nervoso, aut eo vel ab initio urgente, vires vitae, consilio HUXHAMI, FOTHERGILLII, GRANTII aliorumque, remediis leniter excitantibus et transpirationem promoventibus sustentandae sunt [83]). Huc pertinent:

so wenig von einem Frieselausschlage oder Frieselfieber; denn was man dafür ausgibt, ist ein erzwungenes Product, eine Erkünstelung des leidigen warmen Verhaltens, und hat bey dem blossen kühlenden Verhalten nicht das allermindeste zu bedeuten;" — an MOST, ubi (l. c. *Th.* 2. p. 37.) nugas hujusmodi extollit!

83) „*A cordial alexipharmac, warm regimen has been found by experience to be of the most use in such cases.*" (FOTHERGILL l. c. p. 341.). Et JOHNSTONE (l. c. in: *Samml. auserles. Abhandl. für pract. Aerzte*): „*Eine gelinde Ausdünstung ist die einzige Art von Ausleerung, die bey dieser Krankheit nützlich oder unschädlich ist, und die Mittel, welche den Patienten bey dieser Krankheit Vortheil bringen, sind alle solche Dinge, welche ihre Kräfte zu unterstützen, und dem Fortgang der Fäulniss Einhalt zu thun vermögend sind. Hicher gehören vornehmlich antiseptische Dämpfe, von Essig, Myrrhen und Honig, oder der sauere Dampf, der aus dem Küchensalz in die Höhe steigt, wenn man Vitriolöhl darauf giesst: ferner Gurgelwasser von Essig oder Rosentinctur mit Salzgeist; Blasenpflaster, die*

nent: *liquor acetatis ammoniae*, *succinas ammoniae empyreumaticus* [84]), *vinum antimoniale* HUXHAMI [85]), *aura*, ut dicunt, *camphorata* [86]) etc. Provectiori in morbo, praecipue accedente faucium gangraena, ad validiora remedia confugiendum est. Testantibus NAVIER, HAEN, PLENCIZ, MORTON, FOTHERGILL, JOHNSTONE, HUXHAM, CULLEN, CLARK, PERCIVAL, WALL et nostra experientia, *cortex cinchonae officinalis*, sub forma decocti saturati, extracti et clysterum porrectus, praecipuum inter illa occupat locum. Miramur WITHE-

man auf den Hals und andere Theile leget; Mixturen, denen man durch eine starke dazugesetzte Dosis der Fieberrinde, eine gelinde schweisstreibende Kraft gegeben hat, eine gute antiseptische Diät und weinartige sauere Getränke." Et HUFELAND (*Journal der pract. Heilk. B.* 12. *St.* 2. p. 86.): „*Der Gebrauch Anfangs gelinder und dann immer stärkerer Reitzmittel, besonders von der diaphoretischen Art, fortgesetztes gleichförmiges warmes Verhalten, auch nach den Umständen warme Bäder, waren die besten Mittel.*"

84) E. c. pro aegrotulo quatuor annorum: R. Aquae florum Sambuci nigrae uncias quatuor. Spiritus cornu cervi succinati grana quindecim. Syrupi sambuci unciam unam. M. D. S. Capiat omni hora cochlear infantile.

85) R. Vini tartratis stibii et potassae (Pharmac. castr. Ruthenae) drachmam unam. Aquae rosarum uncias quatuor. Syrupi Alkermes unciam semis. M. D.

86) R. Emulsionis amygdalinae saccharatae uncias sex. Mucilaginis gummi arabici unciam semis. Camphorae rasae granum unum.

WITHERINGIUM et CURRIE contrarium contendisse. Accedunt *acida*, vel cum *cortice*, vel cum vehiculo mucilaginoso aut alio suppeditanda. Acido *carbonico* utebatur WALDON [87]), *sulphurico* SIMS [88]), *nitrico* DÜRR [89]) et AUTENRIETH [90]), *muriatico oxygenato* WILLAN [91]), STANGER [92]), BRAITHWAITE [93]), DÜRR [94]), KOPP [95]) et BRAUN [96]). Nos

87) R. Carbonatis potassae scrupulum unum. Solve in uncia una tincturae camphorae (cujusnam dispensatorii?). D. — R. Succi citri, tincturae cinnamomi aa unciam unam. M. Cap. sub actu effervescentiae omni hora sive bihorio. Si diarrhoea oritur, auctor aliquot laudani guttas addit.

88) R. Infusi rosarum rubrarum uncias septem. Acidi sulphurici diluti, syrupi rosarum q. s. ad gratum saporem.

89) HUFELAND's *Journal der pr. Heilkunde. B.* 25. *St.* 2.

90) *Versuche. B.* 1. p. 381. 91) L. c. p. 275.

92) *Medical and physical journal. No.* 62.

93) *On the utility of oxygenate muriatic acid in the cure of scarlat fever.* (*Annals of medicine for the year* 1803. p. 487.).

94) *Emploi de l'acide muriatique oxygénée contre la fièvre scarlatine.* (In: *Annales de la société de médecine de Montpellier. T.* 17. p. 230.). *Observations relatives à l'usage interne ou externe de l'acide muriatique oxygénée dans la fièvre scarlatine.* (Ibid. *T.* 25. p. 191.).

95) l. c.

96) *Ueber das Chlorin-Wasser* (aqua oxymuriatica) *als Heilmittel, besonders im Scharlachfieber.* (HUFELAND's *Journal der pr. Heilk. B.* 56. *St.* 3. p. 55.).

Nos plerumque *tinctura aromatica sulphurea, decocto cinchonae* nupta, cui et KEARSLEY 97) favet, usi sumus. *Carbonas ammoniae*, sub calore urente, delirio et proclivitate ad soporem a PEART 98) laudatur. Tandem *vino* sub iisdem rerum positionibus ac in typho et hic locus est 99). Idem de *vesicatoriis*, facile quidem gangraenosam plagam inducentibus, sed sub sopore, aurium dolore et pulsu debili, rite monentibus PERCIVAL, NAVIER et BUCHAN 100), quidquid dicant WITHERING et CULLEN, utilissimis, valet. Nunquam adhibuimus vel *balnea* tepida et *lotionem* corporis aquae calidae ope, suadente REID, vel *capsicum annuum* (*piper indicum*) a STEPHENS propositum 101) ac in epidemia a JOHN COLLINS descripta 102),

97) *Gentleman's magazin. Vol.* 39. p. 522.

98) Sic praescripsit: R. Alcali volatilis sicci drachmam unam. Solve in aquae unciis quinque. Cap. omni 2. 3. 4. hora duo cochlearia theana.

99) In epidemia a COLDEN (l. c.) notata, *vinum Madera* et radix serpentariae maxime conducebant.

100) *Médecine domestique.* p. 273.

101) R. Capsici (*small red pepper, or three of the common cayenne pepper*) quantum duobus cochlearibus ordinariis capiatur. Muriatis sodae cochlearia duo parva theana. Contunde invicem in massam et adde aquae ebullientis pintam dimidiam. Liquor frigefactus coletur et addatur aceti acerrimi pinta dimidia. Capiat (adultus) omni horae dimidio cochlearis ordinarii quantitatem. Dosis pro infantibus pro ratione aetatis imminuitur. Sumto hoc remedio convulsiva

scripta [102]), corticis ipsius virtutem excellens; — vel speciem *terrae absorbentis* sive *cretae*, cujus laudes Chiaramonte [103]) canit quaeque per argumenta a priori haud rejicienda videntur; — vel *muriatem hydrargyri*, olim quidem exhibitum [104]), de quo vero recentiores autores silent; — vel *gummi-resinam lauri myrrhae* in aceto solutam et in decocto hordei porrectam atque a Kearsly laudatam [105]); — vel *radicem* et *flores arnicae montanae* [106]), vel postremo *folia digitalis purpureae* [107]). — Ad faucium gangraenam arcendam

quasi stomachi et oesophagi reactio sequitur, cum caloris majoris sensu ad fauces orisque cavum, sed mox singula sedantur, cum universi corporis calore.

102) *Medical communications. Vol.* 2. p. 372.

103) *Osservazioni del contagioso mal di Canna. Napoli* 1637.

104) Huxham l. c. P. III. p. 115. — Bayley, in: Richter's *chirurgischer Bibliothek. B.* 5. p. 737.

105) l. c. p. 533.

106) Goeden l. c. (Contemtui omnium sequentem hujus auctoris formulam tradimus: „R. Radicis arnicae unciam unam, florum arnicae unciam semis. Fiat decoctum aquosum ad colaturam unciarum octo. Extracti arnicae drachmam semis. Liquoris cornu cervi succinati unciam semis ad drachmas sex. M. *D.* S. *Kindern stündlich* 1—2 *Theelöffel* (trucidabuntur antequam mixtura consumta fuerit), *Erwachsenen* 1—2 *Esslöffel voll.* (Adjuvet eos Misericordia Divina).

107) Pfeufer l. c. p. 113. — Brathwaite, in: *Philosoph. Magazin. T.* 18. p. 127. — Most op. c. *Th.* 2. p. 186. „*Die Digitalis gab ich demselben*

dam *collutoria* commendata sunt, ex *infuso rosarum rubrarum acidulato* [108]), ex *decocto ligni haematoxyli campechiani* [109]), *corticis quercus roboris* [110]), *radicis contrayervae* [111]), ex *alcohol camphorato* [112]), ex *simplici alcohol aqua remixto* [113]), ex *tinctura myrrhae* [114]), quorum remediorum loco, solummodo *decoctum cinchonae officinalis* cum *acido muriatico* [115]) adhibuimus. Juvat quoque locis gangraenosis faucium, suadente

deswegen, weil sie 1. den Puls langsam macht, 2. weil sie nach den Erfahrungen des Italieners Rasori *in Mailand ein Antiphlogisticum ist, welches ihm selbst in Pneumonien statt des Aderlasses diente; 3. weil ich hier die Idee von Entzündung immer festhielt, den Kranken aber durch Blutentziehungen nicht schwächen wollte.*" (Bone Deus, qualis indicationum series!)

108) Binns sic praescribit: R. Infusi rosarum libram unam. Acidi muriatici diluti scrupulum unum. Mellis rosarum unciam unam.

109) Binns. R. Ligni campechensis unciam unam. Coq. ad colaturam librae unius.

110) Binns l. c.

111) Fothergill l. c. p. 64.

112) Navier gargarisma, ex aceto, aqua, melle et spiritu vini camphorato compositum, exhibebat.

113) Sims l. c.

114) Medici Sueciae: R. Infusi foliorum salviae libram unam, tincturae myrrhae drachmam unam, mellis rosarum unciam unam. M.

115) R. Decocti corticis cinchonae libram unam, acidi muriatici diluti scrupulum unum, mellis rosarum unciam unam. M.

dente Swieteni [116]) et Burserio [117]), mel cum *acido muriatico*, vel cum *tinctura myrrhae* illinire, donec eschara secedat, quo in casu iterum ad emollientia confugiendum est. Quid *subfumigia* ex *acido nitrico* [118]), ex *aqua carbonate ammoniae* mixta [119]), ex *aceto* sive *simplici* [120]) sive *camphorato* [121]), sive cum *myrrha* [122]) valeant, experientia destituti, ignoramus. Idem de applicatione *caustici* fateri adigimur [123]). Rarissime, saltem apud infantes, *scarificationi* plagae gangraenosae faucium, nunc cum successu [124]), nunc infauste [125]) susceptae, locus esse videtur. Tumefactis glandulis *sapo ammoniacalis* aut *unguentum althaeae* cum *unguento oxydi hydrargyri cinerei* illiniri potest. *Regimen diaeteticum*, uti in typho [126]).

C. convalescentiae et reliquiarum.

7. Quousque desquamationis indicia animadvertuntur, eousque convalescens domo exire caveat.

116) Comment. T. II. §. 811. 117) l. c. §. 415.

118) Willan l. c. p. 281. Contendit hujusmodi subfumigia non solum faucium gangraenae, sed et propagationi contagii prospicere.

119) Burserius l. c. §. 417.

120) Friese apud Willan l. c. p. 281.

121) Burserius l. c. §. 420.

122) Wall, Johnstone, Rush, Gregory ll. cc.

123) Gendron l. c. („*La cautérisation des amygdales, par le nitrate d'argent fondu, a donné d'heureux resultats*").

124) Burserius l. c. §. 418.

125) Lieutaud, *précis de médecine. T.* 2. p. 521.

126) P. I. Vol. II. Sect. II. cap. I. §. VIII.

veat. Porro aëri libero sensim sensimque adsuefieri debet. Ut desquamationis opus acceleretur, cutisque corroboretur, ODIER lotionem universi corporis, vini rubri, saponis et aquae calidae ope, commendat, simulque id caute et cito absolvi, aegrumque illico linteis calidis abstergi monet [127]). Victus esto modicus, animusque tranquillus. Si natura in alvo movenda deficiat, aut somnus cum ciborum desiderio non redeat, more SYDENHAMI, HAMILTONII et BLANEI [128]) lenia *alvum evacuantia* praescribenda sunt, quo peracto debiliores, si opus sit, *infuso frigido cinchonae cum lacte* refici queunt. Maxime vero ad *urinae secretionem* respiciendum est, quae dum languet, illico *decocto radicis ononidis spinosae*, vel *foliis digitalis purpureae*, vel *carbonate potassae* [129]) excitanda. Cura hydropis anasarcae suo loco tradetur [130]). Ad illud praepediendum *balnea tepida* suasit LENTIN [131]). Parulis et stomacace incipientes, citissime *aqua frigida* sive *glacie* ore detentis, saepeque renovatis, debellantur. Ceterae scarlatinae reliquiae secundum regulas debitis locis tradendas, curantur.

CAPUT

127) Op. c. p. 111.

128) Apud WELL l. c. Hydropem purgantibus praeverti, docet.

129) WITHERING l. c. p. 83. Nonnulla grana cum potu exhibet.

130) P. I. Vol. III. Sect. II.

131) Memorabilia.

Caput II.

De morbillis.

§. VII.

Definitio. Historia.

1. *Morbilli* [1]) sistunt exanthema, quod praeviis animi inconsueta irritabilitate, symptomatibus catarrhalibus et febre, quarto circiter morbi die, sub forma punctulorum rubrorum, prominentium efflorescit, ac die octavo desquamatione saepe furfuracea, cum periculo potissimum subsequentis phthiseos pulmoualis et ophthalmiae, terminatur. Definitio.

2. Morbillos sub nominibus *exanthematum*, *ecchymomatum*, *ecphymatum*, *eczematum* etc. veteres cognovisse, G. H. Welschius [2]), Manardi [3]), Fer- Historia.

1) *Etymolog*: Minimus morbus. (Gangius glossar. med. et infimae latinitatis. Voc. *morbillus.* p. 674.). Synon. Febris morbillosa. Germ. *Masern*, *Kinderflecken*, *Rötheln.* Belg. *Mazelen.* Dan. *Maeslinger*, *Meslinger*, *Kraegde*, *Kregde.* Suec. *Messling*, *Mässling.* Island. *Mislingasott*, *Mislingar.* Angl. *Measles*, *Nirles.* Gall. *Rougeoles*, *Millets*, *Sennespien*, *Senipien.* Ital. *Morbillo*, *Morbiglione*, *Morviglione*, *Gazoli*, *Fersa*, *Rosacci.* Hispan. *Sarampion.* Lusitan. *Sarampão*, *Sarampelo*, *Sarampo.* Ross. Корь. Polon. *Odra.* Arab. *El-Haspa.*

2) Curat. Propr. Dec. III. cur. V. p. 136.

FERNELIUS [4]), TRUCONI [5]), SENNERTUS [6]), WEDEL [7]), SALMASIUS [8]), HAHNIUS [9]) et TRILLERUS [10]) contenderunt. Verum ex doctis GRUNERI disquisitionibus [11]), illos una cum variolis (a quibus gradu solum differre credebantur [12])), in Europa innotuisse apparet. Antiquitates itaque morbillorum, quidquid dicant [13]), *Arabum* tempora non excedunt [14]). Genuinae autem morbillorum,

3) Epist. med. VII. p. 137.

4) De absc. rerum caussis. II. 12.

5) Tract. de variolis et morbillis. p. 232.

6) De febr. IV. 12. p. 510.

7) Diss. de morbo phoeniceo Hippocratis. Jen. 1702.

8) De ann. climat. p. 720.

9) Variol. antquit. cap. I. §. 2—16.

10) In epistol. ad calc. Hahnii de carbone pest. p. 4.

11) Variolarum antiquitates ab Arabibus solum repetendae. §. 7—14. 17.

12) RHAZES (De variolis et morbillis in continent. Lib. XVIII. c. 8. interprete FERAGIO Judaeo 1486), OMNIBONUS (De arte medica infantum. Lib. IV. cap. 22. p. 185.), FAVENTINUS (Empirica de variolis et morbillis. c. 22. p. 387.), FUCHSIUS (Institut. medicae. Lib. III. sect. I. p. 440.), FONTENUS (Comment. in SEBASTIANUM AUSTRIUM de puerorum morbis. Cap. L. p. 518.) et ETTMÜLLERUS (Doctrina practica. Lib. I. cap. 15. p. 369.).

13) GREGOR UEBERLACHER *über die Grundlosigkeit der ersten Schilderung der Rötheln von den Arabern. Wien* 1803.

14) In morbillis describendis excelluere: AVICENNA (Can. IV. Fen. I. Tract. 4. c. 9. p. 74.), RHAZES (de

lorum, praecipue epidemicorum, descriptiones, (saepe sub nomine aut *Blactiarum* *) aut *Roseolarum* [15]), aut *Rubeolarum*) potissimum debentur CHR. FRID. GARMANN [16]), MORTON [17]), JOANN. FRANCISCO DE FRANKENAU [18]), P. ROMMEL [19]), SYDENHAM [20]), HUXHAM [21]), FR. HOFFMANN [22]), JOANN. JAC. SCHLIERBACH [23]), W. TH. RAU [24]),

variolis et morbillis cap. 14. p. 195. ed. MANN edit. J. C. RINGEBROIG. Goett. 1817) et AVENZOER (Rectificat. medicat. et regim. L. II. Tr. VII. c. 2. p. 30. b. ex interpret. Mag. Paravic.), quamvis illos non satis distinxerint.

*) Apud MASERIUWAIHUM s. *Judaeum* (Vid. RHAS. Contin. L. XVIII. 8. p. 250.) leguntur blactiae *seu* morbilli.

15) SAUVAGE nosol. method. P. II. p. 386.

16) De singularibus quibusdam in variolis et *morbillis* epidemicis; cum observat. LENTILII (Miscell. acad. nat. curios. dec. I. a. 3. 1672. p. 378. a. 4 et 5. 1673. et 1674. p. 302. dec. III. a. 5 et 6. 1697 et 1698. Append. p. 127.).

17) Pyretologia et appendix. (Epidemia Londinensis. a. 1672).

18) Dysenteria cum *morbillis* et convulsionibus (in puero) lethalis. (Mis. acad. nat. cur. dec. II. a. 6. 1687. p. 173.); et: De *morbillis* epidemicis cum tussi et diarrhoea. (Ibid. dec. III. a. 3. 1695 et 1696. p. 103.).

19) De morbillis epidemicis, eorumque symptomatibus, causis et cura. (Ibid. Dec. III. a. 4. 1696. p. 21.).

20) Obs. med. sect. IV. cap. 5.

21) Opp. T. I. 2) Opp. Vol. IV.

Rau [24]), Eller [25]), Malouin [26]), Thougths [27]), J. Fr. C. Grimm [28]), Watson [29]), Rosenstein [30]), Oetinger [31]), Duboscq de la Roberdière [32]), Home [33]), Lorry [34]), A. B. Ranoe [35]), Jo. Guil. Gul-

23) Morbillorum constitutio epidemica anno 1739. (Acta àcademiae nat. cur. Vol. 6. p. 215.).

24) Historia febris morbillosae, a. 1751. a mense Januario ad mensem Junium usque in agro Geislingensi vicinisque locis epidemice grassantis. (Ibid. Vol. 10. p. 164.).

25) De cognoscendis et curandis morbis (Epidemia Berolinensis a. 1751. describitur).

26) *Histoire de la Société Roy. des sciences.* 1749.

27) *On the anomalous malignant measles in the western parts of England. Lond.* 1760.

28) Historia morbillorum Isenaci et in vicino agro anno 1762. maligne grassantium. (Nova acta acad. nat. curios. T. 3. Append. p. 185.).

29) *Account of the putrid measles, as they were observed at London in the years* 1763 *and* 1768. (*Medic. observ. by a soc. of physic. in Lond. Vol.* 4. p. 132.).

30) *Abhandlung von den Masern. A. d. Schwed.* 1763. Et: *Anweisung zur Kenntniss und Cur der Kinderkrankheiten. A. d. Schwed. von* A. Murray. *Gött.* 1785. p. 296—328.

31) De epidemia rubeolosa Kircho-Teccensi. Tubing. 1768.

32) *Recherches sur la rougeole. Paris et Strasbourg* 1776.

33) *Klinische Versuche.* p. 102.

34) In: *Mémoires de la soc. de médecine* ad ann. 1776.

35) Symbola ad historiam morbillorum epidemice anno 1781. grassantium. (Acta Reg. Soc. med. Havniensis. Vol. I. p. 206.).

GULBRAND [36]), KELLER [37]), ZIEGLER [38]), RAHN [39]), BEHN [40]), C. W. HUFELAND [41]), DÜRR [42]), KOCH [43]), CONSBRUCH [44]), A. DE CARENO [45]), J. MACGREGOR [46]), J. M. B. LEFORT [47]), LE ROUX [48]), JAC. SCHAEFFER [49]),

36) Ad epidemiam morbillosam Havniae circa primum anni 1781 quadrantem grassantem annotata medico practica. Ibid. Vol. 1. p. 303.

37) De diagnosi febrium exanthematicarum simulque historia epidemiae morbillosae ann. 1783. Erlang. 1784.

38) *Beobachtungen aus der Arzney-Wissenschaft, Chirurgie und gerichtlichen Arzneykunde. Leipzig* 1787.

39) Adversaria medico-practica. Vol. I. p. 589.

40) Diss. meletemata quaedam de morbillis et epidemia morbillosa Jenensi. Jenae 1795.

41) *Bemerkungen über Masern.* (*Journal der pr. Heilk. B.* 2. p. 440.).

42) *Skizzirter Entwurf einer Masernepidemie.* (Ibid. *B.* 9. *St.* 4. p. 116.).

43) Diss. observationes quaedam circa epidemiam hujus anni morbillosam Erfordiae grassantem. Erford. 1796.

44) *Masernepidemie.* (HUFELAND'S *Journal der pract. Heilkunde. B.* 13. *St.* 3. p. 36.).

45) Brevis morbillorum descriptio, Vindobonae hyeme anni MDCCXCIX grassantium. In: BRERA Sylloge opusculorum selectorum, ad praxin praecipue medicam spectantium. Ticini 1799. Vol. IV. p. 178.

46) *Report of the principal natural diseases that have prevailed amongst the children of the Roy. military asylum at Chelsea, from its first establishment in* 1804, *to the first of January,* 1814. *including a period of ten years, with some remarks thereon.* (*Med. chir. Transact. Vol.* 5. p. 435.).

47) *Traité sur la rougeole. Paris* 1807.

FER [49]), CAMPAIGNAC et THEMMEN [50]), MONTFALCON [51]), SERLO [52]), W. MEIER [53]), BOURGEOIS [54]), SPERANZA [55]), VELSEN [56]), SIBERGUNDI [57]). Ad complendam morbillorum literaturam, ratio

48) *Traité sur la rougeole. Paris et Strasbourg* 1807.

49) Vide: HUFELAND's *Journ. der pr. Heilkunde. B.* 33. *St.* 2. p. 39. Epidemia a. 1810 Ratisbonae observata); ibid. *B.* 43. *St.* 4. p. 48. (Epidemia a. 1814) et: *B.* 55. *St.* 6. (Epidemia a. 1821 — 1822).

50) „*L'épidémie de rougeole, qui exerça ses ravages à l'hôpital des enfans en* 1809, *trouva un historien exact dans* M. CAMPAGNAC. *Celle qui regna à Groningue en* 1816 *a été bien décrite par* M. THEMMEN.“ (MONTFALCON l. citando).

51) *Dictionnaire des sciences médicales. T.* 49. p. 123.

52) *Eine Masernepidemie in den Monathen April bis August* 1822. *zu Crossen beobachtet.* (HUFELAND's *Journal der pr. Heilk. B.* 61. *St.* 5.).

53) *Die Masernepidemie im Jahre* 1823. *in Karlsruhe. (Annalen für die gesammte Heilkunde, unter der Redaction der Mitglieder der Grossherzoglich Badischen Sanitäts- Commission. Jahrgang* 2. *Heft* 1. p. 9.).

54) *Quelques recherches sur la nature, le siège et le traitement de la rougeole. (Journal général de médecine française et étrangère. T.* 221. *de la* 2e *série. Janvier* 1823).

55) *Storia del morbillo epidemico della provincia di Mantova nell' anno* 1822. *Parma* 1824.

56) *Mittheilungen vermischten Inhalts.* 1. *Masern. (Archiv der medizinischen Erfahrung.* 1825. *November, Dezember.* p. 443.).

57) *Bemerkungen über die Maserepidemie des Jahrs* 1824 *und* 1825, *nebst einem Anhange, die häutige Bräune*

ratio quoque habenda est scriptorum temporum remotorum [58]), eorum qui de morbillis simul et variolis egerunt [59]), auctorum dissertationum inaugu-

betreffend. (HARLESS *neue Jahrbücher der teutschen Medic. und Chirurg. Zweiter Supplement-Band.* 1827. p. 1.).

58) FRANCISCUS ALPHANI opus de pestilentia — variolis et morbillis. Neap. 1577. 4.

59) NICOL. MASSA de febre pestilentiali, morbillis, variolis etc. Venet. 1540. — ANT. PORTI de peste, variolis et morbillis. Venet. 1580. — QUECCIUS diss. de variolis morbillis. v. diss. Basil. V. — BOCKEL diss. de variolis et morbillis. Helmst. 1591. — ROWITZ diss. de variolis et morbillis. Witteb. 1593. — SCHATO diss. de variolis et morbillis. Ibid. 1593. — MARC. DONATUS tractatus de variolis et morbillis. Mant. 1597. — J. THOM. MINADOI de variolis et morbillis. Patav. 1603. — HOR. AUGENIUS de curatione variolarum et morbillorum. Venet. 1605. Fol. — SCOTUS diss. de variolis et morbillis. Helmst. 1606. — ERBINAEI diss. de variolis et morbillis. Basil. 1608. — DIPPOLD diss. de variolis et morbillis. Giess. 1609. — WALDUNG diss. de variolis, morbillis etc. Helmst. 1609. — LUCHTENIUS diss. de variolis et morbillis. Helmst. 1612. — HEURNIUS de variolarum et morbillorum causa et curatione. Lugd. Batav. 1612. 4. — HOEVELL diss. de variolis et morbillis. — COMENZIUS diss. de variolis et morbillis. Basil. 1615. — KITTELIUS de variolis et morbillis. Basil. 1616. — HORST *Bericht von Kinderblattern und Masern. Giess.* 1621. 8. — DAV. LIPSIUS *Bericht von den Kinderblattern und Masern. Erf.* 1624. — FABRICIUS diss. de variolis et morbillis. Rostoch. 1628. — SENNER-

auguralium de morbillis in specie[60]), et tractatuum in

TUS diss. XIII. de variolis etc. Witteb. 1628. — PELZHOFER diss. de variolis et morbillis. Ibid. 1629. — VARI diss. de variolis et morbillis. Jenae 1629. — SIGLICIUS diss. de variolis et morbillis. Lips. 1630. — GUIL. ARTHUSIUS de variolis et morbillis. Argent. 1630. 4. — PAULI diss. de variolis et morbillis. Ibid. 1635. — STOCKMANN diss. de variolis et morbillis. Rostoch. 1639. — CONR. A SOMERN de variolis et morbillis. Dordraci 1641. — CONRING diss. de variolis et morbillis. Helmst. 1641. — SEBITZ diss. de variolis et morbillis. Argent. 1642. — SCHELHAMMER diss. de variolis et morbillis. Jenae 1643. 1647. — LOKEMANN diss. de variolis et morbillis. Lugd. Batav. 1647. — BANZER diss. de variolis et morbillis. Witteb. 1649. — GUIL. DWINNUS *van de Kinderpoken en Masern. Briel.* 1651. — MOEBIUS diss. de variolis et morbillis. Jen. 1652. — SALLIN diss. de variolis et morbillis. Parisiis 1653. 4. — TETRODIUS diss. de variolis et morbillis. Lugd. Batav. 1654. — JO. CHICOT epistolae et dissertationes de variolarum et morbillorum ortu, causis et curatione. Paris. 1656. 4. — PFITZER diss. de variolis et morbillis. Argent. 1660. — SCHENK diss. methodus morbillorum et variolarum cognoscitiva et curativa. Jenae 1664. — MEIBOM diss. de variolis et morbillis. Helmst. 1676. — WEDEL diss. de variolis et morbillis. Jenae 1678. — WALDSCHMID diss. de febribus — variolis et morbillis. Marb. 1679. — ZOLLIKOFER diss. de variolis et morbillis. Basil. 1682. — DOMINGO Y RAMOIN diss. de variolis et morbillis. Valent. 1685. — F. LOEW diss. de variolis et morbillis. Norimberg. 1699. 4. — LEO partus medicus multo laboro a LEONE

in compendiis praxeos medicae [61]) nec non in operi-

editus, seu tractatus novissimus de variolis et morbillis. Norimb. 1699. 4. — ANTON. SIDOBRE diss. de variolis et morbillis. Lyon 1699. 12. — STAHL diss. de variolis et morbillis. Hal. 1709. — JOH. BAGGAERT over de *Kinderpocken en masselen. Amst.* 1710. — MANGOLD diss. de variolis et morbillis. Rintel. 1713. — FULLER *on eruptive fevers, especially the measles and smallpox. Lond.* 1730. — MAYER DE MAYERSBACH diss. de variolis et morbillis. Pragae 1750. — PHIL. DE VIOLANTE de variolis et morbillis. Dresd. 1750. — DOUET *traité des fièvres malignes, la rougeole et de la petite verole. Paris* 1753. 12. — JO. GOTTFR. DE HAHN morbilli variolarum vindices. Uratisl. 1753. 4. — GONTARD *du traitement et de l'exstinction de la variole et de la rougeole* etc. *Paris* 1768.; et in: *Journal de médecine. T. VIII.* p. 338. — J. J. MENURET *avis aux mères sur la petite vérole et la rougeole. Lyon* 1770. — SAALMANN descriptio variolarum et morbillorum. Munster. 1790.

60) LANGE diss. de morbillis pathologiae animatae specimine. Lips. 1660. — LANGIUS diss. de morbillis. Append. ad miscell. cur. med. Lips. 1666. 4. — RAHN diss. de morbillis. Altdorf. 1682. — CRAUSIUS diss. de morbillis. Jen. 1687. — MAPPUS diss. de morbillis. Argent. 1688. — FASCH diss. de morbillis. Jen. 1689. — EYSELIUS diss. de morbillis. Erf. 1697. — KULMIUS diss. de morbillis. Lugd. Bat. 1702. — BECLER diss. de morbillis. Argent. 1720. — LISCHWITZ diss. de morbillis. Lips. 1729. — HILSCHER diss. de morbillis. Jenae 1739. — PETRIE diss. de morbillis. Edinb. 1750. — SCHEFFELIUS diss. de morbillis. Lugd. Batav. 1753. — MATTHIEU diss. de

operibus de morbis cutis in genere [62]), contentorum.

§. VIII.

Symptomata. Necroscopia.

Morbilli mites.

1. *Morbilli mites* animi inconsueta irritabilitate [1]), anorexia, tussi sicca, per insultus invadente [2]),

febre maligna morbillosa. Argentor. 1768. — SIGWARD diss. de me ipso olim morbilloso. Tub. 1768. — BERNSTEIN diss. de morbillis. Hal. 1770. — ROTTBOEL diss. de morbillis. Hafn. 1772. — LEITHNER diss. de morbillis. Vienn. 1783. — KASSEWITZ diss. de morbillis. Pragae 1785. — LEWIS diss. de morbillis. Lugd. Batav. 1786. — ROBERTS diss. spicilegium de morbillis. Edinb. 1786. — SMITH diss. de morbillis. Ibid. 1787. — WHITELAW diss. de rubeola. Edinb. 1786. — HINZE diss. de morbillis. Helmstadii 1788. — VAN DER BELEN diss. de morbillis. Lovan. 1790. — GRUBER diss. de morbillis. Erf. 1790. — VAN WEEDE diss. de morbillis. Lugd. Bat. 1790. — LINDIKE diss. de morbillis. Erl. 1796. — ADLERSBERG diss. de morbillis. Lips. 1798. — ATHENSTÄDT diss. de morbillis. Göttingae 1799. — WAFFER diss. de morbillis. Jenae 1800. — SCHWARZ diss. de morbillorum natura et origine. Ibid. 1802. — PODBIELSKY diss. de morbillis. Duisburg. 1804. — JACOBSEN diss. de morbillis. Hamb. 1818.

61) P. I. Vol. I. Sect. I. Conspect. histor. et literat. §. IX. 9. §. X. 11. §. XI. 16.

62) P. I. Vol. I. Sect. II. cap. VI. §. XXXIII. 2.

1) Animi quidem inconsueta irritabilitas, adventum febrium in genere concomitare solet; at, exceptis morbis

dente[2]), raucedine, sternutatione, continua emungendi necessitate, oculorum pruritu et rubore, lucis intolerantia, lacrymatione[3]) et febre ingruunt, quae symptomata catarrhalia[4]) cum remissionibus plerumque matutinis ad quartum usque diem protrahuntur. Hac die[5]) exanthema sub forma punctulorum[6]), utplurimum nodulorum instar[7]) prominentium, rubrorum, coloris fere fructus rubi idaei, primum et maxime ad faciem, dein ad pectus, ventrem et reliquum corpus

cerebri, nullibi illa adeo constans et evidens est ac in morbillis. Quamobrem symptoma hujusmodi in morbi definitionem suscipiendum esse putavi.

2) Tussin solum *post exanthematis eruptionem* in conspectum venisse cum Heberdenio et J. P. Frankio observavi.

3) Zieglero (l. c.) qui *von gläsernen und wässrigten Augen* ut de symptomate prodromo morbillorum characteristico loquitur, minime assentire possum.

4) Haec symptomata catarrhalia constantia sunt, quare sic dictos *morbillos sine catarrho*, de quibus Willan (l. c. p. 177.) scribit, ad *rubeolas* remisi.

5) Willan (l. c. p. 161.) putat, exanthema morbillosum citius in hominibus cuti delicata dotatis erumpere. Id minime compertum habeo.

6) Morbillorum sub cute latentium exemplum in: *Journal de médecine* (l. c.) habetur, ac plurima similia Vilnae observavi.

7) Wedekind hos nodulos pro glandulis ex quibus pili cutanei scaturiunt, habet. (Röschlaub's *Magazin zur Vervollkommnung der Heilkunde. B. 4. St. 2.* p. 233.).

pus (minus tamen ad partes, quae transpirationi multum subditae sunt, uti regiones pubis et popliteae), sine puritu et quin symptomata stadii invasionis multum remittant [8]), in conspectum venit. Ex plurimis tandem punctis *maculae* semilunares, confluentes (inter quas cutis nunc normalis, nunc punctis solitariis obsessa est), efformantur. Efflorescentia, nullum spargens odorem specificum [9]), tres, quatuor dies, sub continua febre, tussi ac haud raro sub cruoris e naribus stillicidio, perstat, atque circa octavum vel nonum morbi diem, eodem quo apparuit ordine [10]), praevia saepe [11]) desquamatione furfuracea,

8) Jam SYDENHAM (l. c.) dixerat: Eruptione morbillorum *non* perinde deliniuntur symptomata sed perseverant et augentur. Peculiaris hinc est observatio MEIERI ubi ait (l. c.): „*Mit dem Hervortreten des Ausschlages werden gewöhnlich das Fieber und die Zufälle vermindert, und sehr oft hörte ersteres bald nach der Eruption ganz auf.*“

9) HOME (l. c.) odorem morbillorum cum illo variolarum, et HEIM (l. c.) cum illo plumarum anserinarum recentium comparat. Ego nil hujus generis reperire unquam potui.

10) In facie morbilli jam circa septimum morbi diem pallescere incipiunt, quo tempore maxime in reliquo corpore efflorescunt.

11) Morbillos plus vice sine omni desquamatione evanuisse vidi. Sic quoque acciderat in morbillis a SYDENHAM, a LUDWIG (l. c. p. 174.), a RANOE (l. c. p. 208.) et a SELLE (l. c. p. 165) descriptis.

racea, socio quandoque pruritu [12]), relictisque maculis sublividis, madefacta cute magis conspicuis, evanescit.

2. *Morbilli graviores* eadem symptomata stadii invasionis, at in majori gradu exhibent. Praeterea dolet caput, inflammantur oculi, tument palpebrae [13]) (raro tamen ita ut oculi inde penitus claudantur), et aeger a tussi, sive inani, sive sputo crudo stipata, a dolore punctorio pectoris, a decubitu impedito, a dyspnoea, a somnolentia, et a pavoribus sub somno excruciatur. Nec rara sunt symptomata croup [14]). Maxime autem febris cum frigore incipiens, ac dein summo calore, siti, pulso pleno aut contracto et duro, aliquantum irregulari, exacerbationibus noctur- Morbilli graviores.

12) Enormem pruritum ad genitalia puellae descripsit Lentin (memorabilia p. 82.).

13) Macbride et Heberden de hoc symptomate, mihi a. 1814. in morbillis Vilnae regnantibus viso, loquuntur. Immo facies ipsa in uno aegrotorum meorum adeo tumebat, ut morbus primo intuitu pro erysipelate faciei haberi potuisset.

14) Morbilli aestate a. 1814. Vilnae late grassantes pluries, praecipue sub invasionis stadio, genuinum *croup* mihi exhibebant. Hanc complicationem communem esse fatetur Albers (*Salzb. med. chirurg. Zeitung.* 1813. *No.* 27. p. 29.). Exempla referunt et Meier (l. c. p. 55.). Sibergundi (l. c.). Qui ultimus croup morbillorum socium ab *hydroa* in larynge aut trachea evoluto derivat. Id *interdum* contingere posse non negaverim, — certe non semper.

nocturnis, palpitatione cordis, haemorrhagiis praemagnis, interdum vomitu [15]), diarrhoea [16]), ischuria stipata viget. Sub finem tertii nychthemeri, interdum quinto, sexto die morbilli erumpunt. Nullum inde affertur levamen; quin immo tussis et haemorrhagiae, praeprimis epistaxis, paucis concessis exceptionibus [17]), exasperantur, ac non raro praematura ac larga nimis menstruatio, sudores inanes [18]), superveniunt. Aphonia quoque et

15) *Vomitum* solummodo ad quartum morbi diem obvenire SYDENHAM docuit (Sect. I. cap. 5.), at eum per omnia morbillorum stadia perseverasse vidi (Acta mea clinica. Vol. III. p. 15.). Idem testantur RANOE (l. c. p. 209.), TISSOT (*Avis au peuple* §. 222.) et J. P. FRANK (l. c. p. 237.). In epidemia a SCHIERBACHIO descripta vomitus a doloribus lancinantibus dorsi et artuum praecedebatur. Morbillos cum symptomatibus *cholerae* in matrona Vilnensi vidi.

16) Nonnullae morbillorum epidemiae constanter *diarrhoeam* socium habuerunt. (*Journal de médecine.* 1790. *Avril.* p. 25.). Apud RIVERIUM (Cent. 1. obs. 71.). et ETTMÜLLERUM (Doct. pract. lib. I. cap. 15. p. 372.) alvi cruentae cum torminibus fit mentio. Docent haec singula affectionem catarrhalem a contagio morbillorum excitatam aliquando ad membranam pituitosam tubi intestinalis extendi.

17) Sic morbilli Vilnae a. 1814. grassantes, etsi summopere inflammatorii, inter centenos, quos curavi aegros, nec unum cum epistaxi vel alterius generis haemorrhagia exhibuere.

18) MACBRIDE l. c. p. 377. Sudores tamen nonnisi declinante morbo conspexi.

et vocis mutatio [19]), nec non ptyalismus observabantur. Stadium efflorescentiae (sociis quandoque *papulis* ad genas dorsumque manuum, *vesiculis* [20]) ad nucham, pectus et brachia), ad nonum vel undecimum morbi diem protrahi, et veluti in morbillis mitibus terminari solet, nisi febris symptomatibus *croup*, *peripneumoniae*, inprimis *bronchitidis* *), aut *pericarditidis* [21]), insignita, continuet, quo in casu sive convalescentia,

19) SCHAEFFER (l. c. tertio. p. 10.) ait: „*In dem Eruptions-Stadio, während die Masern im vollen Glanze das Gesicht, die Brust* etc. *einnehmen, verloren einige Kinder, besonders aber Jünglinge, welche der Mannbarkeit nahe waren, ihre Stimme ganz und mussten unaufhörlich husten, wenn sie dennoch sich anstrengten einige Worte hervorzubringen . . . . . bey jenen Jünglingen aber, welche der männlichen Ausbildung nahe waren, wurde der noch vor der Krankheit besessene Discant, in diesem Moment zu einer rauhen Tenor- oder tiefen Bassstimme für immer umgewandt.*“

20) Vesiculae hujusmodi interdum eruptionem exanthematis *praecedunt*. Fuere qui eas immerito ad *pemphigum* revocarunt. (STEWART, in: *Journ. de médecine. T. LXXX.* p. 184.); pemphigus enim morbum sistit sui generis, chronicum, nullius morbi alterius symptoma.

*) Plurimas huc spectantes historias enarrat RAYER op. c. T. I. p. 28 — 41.

21) Cfr. Tractatus de pericarditide. P. II. Vol. II. Sect. II. §. XXIV. (60).

tia, sive transitus morbi in phthisin aut in alia mala, sive mors citius tardius subsequuntur.

M. gravissimi. 3. *Morbilli gravissimi* tussi veluti convulsiva, virium prostratione animique dejectione ingruunt 22). Ocyus serius frigus, succedente calore interno, cum reliquis consuetis morbillorum futu-

22) Sequentem imaginem Duboscq de la Roberdière (l. c.) de morbillis malignis a. 1773. exhibet; „*Les préludes de la maladie furent une toux sèche et quinteuse, des alternatives de frisson et de chaleur, un malaise assez général, un assoupissement, un mal de tête et de gorge violens, la rougeur des yeux, le gonflement des glandes maxillaires et des amygdales, le larmoiement, la tumefaction des paupières, le chatouillement des ailes du nez, l'éternuement. Quelques malades se plaignaient d'oppression violente, de douleurs dans le dos, dans les reins, avec des nausées et des vomissements continuels de toute espèce de liquides, et bientôt de bile porracée. Quelques autres eurent le dévoiement dépuis le commencement jusqu'à la fin de la maladie; ils étaient guèris aussi promptement que les autres. La soif était ardente, quoique la langue fut humide et souvent assez nette. L'éruption arrivait enfin du troisième au quatrième jour ordinairement, débutant sur les bras, au visage, et la forme de l'exanthème présentait beaucoup de variété. En effet la peau de tel malade était couverte de taches semblables aux morsures de puces non saillantes, circonscrites ou irrégũlières et cohérentes, et celle de tel autre présentait des pustules proéminentes et vermeilles, surtout au visage et aux mains. La desquamation commençait trois ou quatre jours après l'éruption.*"

futurorum signis evolvuntur. Urgent pro re nata cephalalgia, vertigo, vigiliae, sopor, delirium, cardialgia, vomitus, diarrhoea, fluxus dysentericus [23]), tenesmus, haemorrhagiae effrenae, tremores [24]) et subsultus tendinum. Exanthema nunc citius nunc tardius solito, interdum praeviis convulsionibus, uno impetu per universum corpus, coloris plerumque fusci, violacei, aut atri, cum interjectis saepe peticulis, erumpit, vel aeger sub eruptionis opere e medio tollitur. Efflorescentia hinc inde per paucas solummodo horas protrahitur, ac praepostere fugata, singulorum symptomatum augmentum, aphoniam, sphincterum paresin, gangraenam variarum partium, et mortis stertorem post se trahit. Nec omnes, qui desquamationis periodum attingunt, vadis emersisse censendi sunt.

4. Morbillos viscerum superficiem obtegentes [25]), nunquam observavimus, vidimus autem eadem prorsus phaenomena, quae post febres catarrha- Necroscopia.

23) Franc. de Frankenau dysenteria cum morbillis et convulsionibus (in puero) lethalis. (Miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 6. 1687. p. 173.).

24) Sam. Ledel de morbillis cum tremore artuum lethalibus. (Ibid. dec. III. a. I. 1694. p. 91.).

25) Lieutaud *précis de médecine*. p. 604. („Non modo cutis, fauces, nares, oculi et larynx morbillis occupantur, verum etiam dissectionibus anatomicis compertum est, viscera praeterea thoracis, atque abdominis similibus pustulis obsideri").

tarrhales in cadaveribus obvenire solent, inprimis inflammationem tracheae ultra bipartionem extensam, materiam puriformem, internam bronchiorum superficiem obducentem, serum in cavitate pectoris extravasatum, pulmonem sanguine turgescentem, aliquando roseo colore obductum, nunquam vero, nisi praesentibus forte tuberculis, inflammatum aut suppuratum. Aliorum observationes 26) hìc cum nostris sat conveniunt. Qui porro ex morbillorum reliquiis moriuntur, aut pulmonum aut glandularum meseraicarum suppurationes exhibent 27).

§. IX.

Caussae.

C. praedisponentes.

1. Aetas infantilis et juvenilis atque constitutio irritabilis praecipue ad morbillos praedisponunt.

26) Home l. c. p. 112. — Act. med. Berol. dec. II. Vol. X. p. 28. — Horst, in: Hufeland's *Journal der pr. Heilk. B. 17. St. 1.* p. 69. — Speranza l. c. p. 54. („*Frai pochi individui da noi stessi assoggettati al coltello anatomico abbiamo constantamente rilevata infiammata la laringe, la trachea e il polmone, con distenzioni dei vasi, stravaso di materia sierosa, con visibili pseudo-membrane, sulle parti state attacate dal processo flogistico, senza che lo stomaco o gli intestini abbiano presentato alcuno segno di gastroenteritide*").

27) Sic praeter meas observationes docent et illae DD. Pinel et Descemet a D. Monfalcon allatae. (l. c. p. 142.).

nunt. Aliquando tamen hoc exanthema nec proli, sive in utero adhuc delitescenti [1]), sive vix in lucem editae [2]), nec senibus [3]), hominibusque constitutionis validae parcet. Nullo anni tempore morbilli limitantur [4]), ac interdum idem, qui sub una epidemia morbo resistit, alteri adventanti succumbit [5]), paucissimi enim immunitate a morbillis gaudent.

2. Caussa

1) Ledelius, morbilli matris exerunt se in foetu. (Miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 3. 1684. p. 204.). — Hildanus observ. chirurg. No. 56. — Willan l. c. p. 175.).

2) Girtanner *Abhandl. über die Kinderkrankh.* p. 232. — Saepe et ipse vidi.

3) Müller, in: Eph. nat. cur. cent. 5. 6. obs. 18. — Heim feminam 60 annorum cum morbillis vidit, (Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde.* 1813. *St.* 3.), et Dürr (l. c. p. 117.) virum septuaginta annorum. Simile exemplum hieme a. 1823. Vilnae habui.

4) Doctissime id Friese apud Willan demonstravit (l. c. p. 172.), contra opinionem vulgo receptam, morbillos hieme ingruere, circa aequinoctium vernale acmen attingere, ac demum decrescere, finemque assequi mense Julio.

5) Sic junior Marchio B. Ticini vere 1790, morbillis affectus est, et frater natu major, cum aegroto commercium alens, liber mansit, donec eundem morbum mense Augusto ejusdem anni Viennae susciperet. Pulchre hinc Burserius (l. c. §. 113.): „Ut autem contagium suscipiatur, quaedam debet in corpore dispositio inesse; quae si defecerit, virus aut non recipitur, aut receptum iners, atque innoxium evadit, aut cito e corpore sine noxa egreditur."

C. excitantes.

2. Caussa morbillos excitans, *contagium* est, a varioloso, cum quo in Europa innotuit ac saepe societatem init, vel cui aut antecedit aut succedit, plane diversum, caussae tussis ferinae [6]), nequaquam vero illi scrophularum [7]), quodammodo simile, re ipsa vero sui omnino generis, ac membranae mucosae, vias respirationis et tubum intestinalem, ambienti, inprimis infensum. Contagium hoc sat fugax [8]), contagii scarlatinae instar et facilius [9]), interdum solummodo inter nonnullos civium ordines [10]), spargitur, et inprimis inter adultos saepe aliarum noxarum, praecipue aestivationis corporis [11]), intensione mentis [12]) adjumento, indiget. Stadium latentis contagii morbillorum arte insertorum, sex esse solet dierum [13]), illud spontaneorum ad diem decimum sextum protrahi potest [14]). Praeterea contagium mor-

6) Pohl de morbillorum cum tussi ferina similitudine. Vide: *Neueste Sammlung auserlesener Abhandlungen für Wundärzte. St.* 4. p. 282. — Caccialupi prolusio de tussi ferina et morbillis. Ticini 1792.

7) Selle Pyretologia. p. 165. edit. Ticinensis.

8) Teste Rosenstein filum contagio morbilloso imbutum citius natura sua contagiosa privatur, quam quod viru varioloso impraegnatum fuerat. (l. c. p. 30.).

9) Morbilli longe rarius quam scarlatina *sporadici* sunt.

10) Hieme a. 1811—1812. morbilli Vilnae solummodo inter Judaeos obveniebant.

11) Saepius morbillos post choreas observavimus.

12) Willan l. c. p. 163. 13) Home l. c. p. 102.

14) Willan l. c. p. 162.

morbillorum interdum diu sub forma coryzae et catarrhi latet *).

3. *Caussa proxima* morbillorum quaesita est in humore subtili et sicco [15]), in peste [16]) etc. Ad nos quod spectat, morbillos pro *specifica*, et exanthemate stipata affectione catarrhali, a bronchitide in graviori casu non alienâ habemus. C. proxima.

§. X.

Diagnosis.

1. Morbilli confundi possunt cum *febre catarrhali*, cum *peticulis*, cum *miliaribus rubris*, cum *urticaria papulosa*, cum *scarlatina*, ac, ut debitis docebitur locis, cum *rubeola*, cum *variolis*, cum *varicella* et cum *strophulo*. Facilis confusio.

2. Regnantibus morbillis, quaevis *febris catarrhalis* (et quivis *croup* [1])) inprimis vero illa, quae Distinctio a febre catarrhali.

*) Harnier *über den eigentlichen Zeitpunct der Masern-Ansteckung.* (Rust *Magazin für die gesammte Heilk.* B. 23. *Heft* 2. p. 260.).

15) „Variolae generantur ex humore magis grosso, et *morbilli* ex subtili et sicco procreantur.“ (Avenzoar rectificat. medicat. et Regim. L. II. Tr. VII. c. 2. p. 30. b. ex interpret. Mag. Paranic.).

16) „Variolae, pasticium et *morbilli* ex genere sunt pestilentiorum morborum.“ (Franciscus Pedemontanus de febre putrida. c. 6. p. 174. b.).

1) Ad pusionem unius anni Vilnae vocatus ac cuncta signa *croup* inveniens de latentibus simul morbillis dubium alui, quod quarto morbi die per exanthematis apparitionem confirmatum fuit.

quae symptomatibus coryzae et tussi per paroxysmos redeunte, stipatur, ad quartum morbi diem usque, dubium latentis exanthematis morbillosi, protracta solum observatione diluendum, prae se fert, nisi constet aegrotum jam pridem morbillos perpessum esse. Nec ignorandum HAENIUM [2]), S. VOGELIUM [3]), aliosque [4]) *febrem morbillosam sine exanthemate* decurrentem observasse. Quamvis

2) Rat. medendi continuatio. Vol. III. p. 353.

3) l. c. p. 191.

4) CONSBRUCH (l. c. p. 37.) ait: „*Einige Kinder kränkelten 8, 10 bis 12 Tage, hatten heftiges Fieber, mit allen die Masern begleitenden Catarrhal-Beschwerden; dann kam entweder ein kaum sichtbarer Masern-Ausschlag, der schnell wieder verschwand, oder es erfolgte blos ein heftiger Schweiss, oder Durchfall, oder ein ungewöhnlich starker Urinabgang, ohne die mindeste Spur von Ausschlag. Jede dieser kritischen Ausleerungen hatte ihre Eigenheiten: der Schweiss hatte einen sehr pikanten flüchtigen Geruch, und machte, wenn man sich der Atmosphäre des Kranken sehr näherte, eine stechende Empfindung im Auge, dabei war er äusserst heftig und hielt mehrere Tage an. — Der Urin war oft so scharf, dass er Excoriationen an den Theilen verursachte, welche er berührte und daher gewöhnlich mit Schmerzen und Brennen gelassen wurde; der Stuhlgang bestand mehrentheils aus einem Froschleich ähnlichen Schleime, der mit einem beschwerlichen Tenesmus abging. Dergleichen Schleim habe ich in einigen Fällen in unbeschreiblicher Menge abgehen sehen. Das waren doch wohl offenbare Masernfieber ohne Masern.*"

vis tale phaenomenon nec Patri, nec nobis unquam obvenerit, ac allati medici forte catarrhum epidemicum haud raro cum morbillis simul grassantem [5]), ad morbillos revocaverint; nihilominus absit, ut febrem morbillosam sine exanthemate dari posse negemus. Dijudicanda ea foret sicuti relate ad scarlatinam docuimus [6]).

3. *Peticularum* species, quae colore purpureo instructa ac super epidermidem elevata est, quaeque non solum typhum sed et febrem gastricam comitari solet, facile pro *morbillis* haberi posset et vice versa. En differentias: Distinctio a peticulis.

Peticulae purpureae.	*Morbilli.*
a. Rarissime faciem occupant.	a. Primum et maxime ad faciem comparent.
b. Vix unquam in maculas confluunt.	b. Maculas exhibent.
c. Tempore indeterminato efflorescunt et fugaces sunt.	c. Regulariter efflorescere solent.
d. Desquamatione vix unquam terminantur.	d. Saepe desquamationem exhibent.

Interea morbillos cum peticulis complicari posse jam monuimus.

4. *Mi-*

5) G. Horst *Bemerkungen über die Influenza zu Kölln am Rhein und in den umliegenden Gegenden im Jahre* 1803. (Hufeland's *Journal der pr. Heilk. B.* 17. *St.* 1. p. 68.).

6) Cap. I. §. IV. 2.

Distinctio a miliaribus rubris.

4. *Miliaria rubra.*	*Morbilli.*
a. Sudor inter praecipua symptomata prodroma pertinet.	a. Sudor nequaquam inter symptomata prodroma numeratur.
b. Nullo determinato morbi die efflorescunt.	b. Efflorescentia quarto die contingit.
c. Rarissime ad faciem conspiciuntur.	c. Evidentissime ad faciem cernuntur.
d. *Papulae* magnitudinem lentis excedunt.	d. *Puncta* sive maculas exhibent.

Sciendum vero, *miliaria alba* curriculo morbillorum supervenire posse, ut cum aliis 7) observavimus 8).

Distinctio ab urticaria papulosa.

5. *Urticaria papulosa.*	*Morbilli.*
a. Eruptio sub magno pruritu contingit.	a. Eruptio sine pruritu locum habet.
b. Eruptio primo, secundo, raro tertio die morbi apparet.	b. Eruptio plerumque quarto solum morbi die animadvertitur.
c. Maculae sat latae plerumque ad circumferentiam elevatae, ac in medio depressae sunt.	c. Puncta prominentia aut maculas ex iis compositas offerunt.
d. Exanthema volubile est.	d. Exanthema sat constans.
e. A frigore utplurimum evidentior.	e. Sub frigore facile evanescunt.

Sunt

7) Coschwitz diss. casus de morbillis cum purpura alba complicatis. Hal. 1722.
8) In epidemia Vilnensi a. 1822 — 1823.

Sunt qui *morbillorum cum urticaria complicationem*, nobis nunquam visam, referant [9]).

Distinctio a scarlatina.

6. *Morbillos* et *scarlatinam* unum eundemque morbum constituere MORTON edixerat [10]), ac scarlatinam sub nomine morbillorum WINSLER [11]) et VIOLANTE [12]) descripserunt. Contra ea horum exanthematum diagnosin exactissime WILLAN [13]) et KREYSIG [14]) stabiliverunt.

9) CONSBRUCH (l. c. p. 39.) scribit: „*Eine andere Eigenheit unserer Epidemie besteht darin, dass zuweilen mehrere verschiedene Ausschläge zugleich erscheinen. Am häufigsten sah ich Nesselausschlag mit den Masern zugleich hervorkommen, und damit war denn immer ein heftiges Jucken verbunden. Dieser Nesselausschlag blieb immer noch einige Tage, nachdem die Masern schon verschwunden waren, zurück. Bey mehreren Kranken kamen grosse, handbreite, scharlachrothe Flecken an mehreren Theilen des Körpers neben den Masern zum Vorschein. In einem Falle, der jedoch tödtlich ablief, erschienen am 4ten Tage nach dem Ausbruche der Masern Frieselbläschen im Gesichte und Petechien an den unteren Theilen des Körpers.*"

10) De morbillis et febre scarlatina. Cap. 4 et 5. („Febris scarlatina a morbillis minime distat, nisi efflorescentiae modo; morbilli confluentes dici potest .... Hunc morbum prorsus eundem esse cum morbillis censeo").

11) Eph. nat. cur. dec. I. ann. 7. obs. 42.

12) De morbis. §. 14—16.

13) l. c. p. 198.

14) l. c. p. 33—46.

Scarlatina.	*Morbilli.*
a. Tussis sub stadio invasionis, si adsit, brevis et sicca est.	a. Tussis sub stadio invasionis per paroxysmos redit, diuturna cum sputis crudis.
b. Oculi etiamsi rubri et lacrymis interdum innatantes, lucem tamen ferunt ac nunquam lacrymantur.	b. Lucis intolerantia et lacrymatio fere constans est.
c. Constans faucium affectio.	c. Faucium affectio imperceptibilis, etiamsi interdum cavitas oris plus solito rubeat [15]).
d. Eruptio *secundo* die contingit.	d. Eruptio *quarto* die fit.
e. Exanthema praeter puncta maculas exhibet primum figurae rotundae, dein ita confluentes, ut universam cutim obducant.	e. Exanthema puncta circularia refert, solitaria vel congregata, maculas semilunares gignentia cum cute intermedia normali.
f. Nisi *miliaris* sit, sive *pustulosa*, cutis plana est.	f. Fere semper super cutim prominent.

g. Lae-

15) „*Auch erschien das Innere des Mundes, besonders die Zunge, von einer dunklen Röthe und leicht entzündet; eigentliche Halsbeschwerden, erschwertes Schlingen fand jedoch nicht statt.*" (Meier l. c. p. 33.).

g. Laete rubet.	g. Coloris fructus rubi idaei cernuntur.
h. Delirium frequens.	h. Delirium rarum [16]).
i. Desquamatio evidentissima.	i. Desquamatio furfuracea exigua.

Memorabilis est complicatio morbillorum cum scarlatina [17]), quae nobis nunquam obvenit.

Indoles varia.

7. Morbilli, etsi mites, semper *quid inflammatorii* exhibent. Character ejusmodi morbillorum eadem ratione qua morbus invalescit, exeritur. Ad acmen perducta diatheseos inflammatoriae vi, partes alioquin ad phlogoses dispositae, inprimis larynx, trachea, bronchia, oesophagus, ventriculus, intestina, rarius cerebrum, facile inflam-

16) Delirium *quandoque* in epidemia a Meier descripta observabatur.

17) „*On vit fréquemment, pendant le cours des maladies, qui regnèrent à Paris,* en 1800. *la scarlatine se compliquer avec la rougeole, et par l'effet de sa reunion à cette maladie, les symptômes furent beaucoup plus graves du côté de la tête ou de la poitrine.*" (Montfalcon l. c. p. 138. ex: *Journal général de médecine.* T. 8. p. 359.). — „*Merkwürdig war der hier und an einigen Orten beobachtete Fall, dass nach völligem Verschwinden des Masernexanthems, und ehe die Abschuppung begonnen hatte, aufs neue bedeutendes Fieber und ein allgemein verbreiteter Scharlachausschlag, einigemal mit Halsweh eintrat, und nach einigen Tagen die Abschuppung in grossen Stücken der Epidermis vor sich ging.*" (Meier l. c. p. 41.).

flammantur. Talis *inflammatio morbillosa* notas habet specificas. Etiamsi superficialis esse solet, attamen tenax est. Praeterea effectus suos longe lateque extendit. Praesertim *glandulae* in consensum vocantur, e. c. inflammatis trachea aut intestinis, illae pulmonum aut mesenterii. Quod malum si accidat, inevitabilis saepe glandularum ejusmodi suppuratio, pus rodens suppeditans, unde facile ossium caries [18]). Fugata inflammatione morbillosa, notae sensibilitatis morbosae diu in partibus affectis relinquuntur, idque non sine laesione functionum. Tandem inflammatio, de qua sermo est, facile ad *gangraenam* tendit. Interea non omnis morbillorum vis uni diathesi inflammatoriae adscribenda est, saepe illa ex *vitio gastrico*, morbillis socio, pullulat [19]). Hoc non solum ex sordibus tubi alimentaris sed etiam a vi contagii morbillosi in membranam mucosam ventriculi et intestinorum (deducto in consensu simul hepate) pendet, unde proventus tam muci quam bilis sub morbillorum curriculo intelligitur. Intelligitur inde et facilis morbillorum inflammatorio-gastricorum transitus in febrem putridam

18) „. . . . Plus semel hoc mense (Julio 1742), notavi faucium et oris gangraenam: *maxillae* porro et vomeris ossis cariem.“ (Huxham l. c.).

19) Legatur de hoc argumento Fr. Hoffmann (l. c. p. 189.) et Burserius (l. c. §. 127.), qui tamen prudentissime, ut solet, monet, signis gastricis non leviter fidendum esse, inprimis sub stadio invasionis.

tridam. Extat tandem complicatio morbillorum, saepe effectus horrendos eosque repentinos excitans, haecque est *verminosa* [20]). Ejus culpâ morbillos, omnino mites, derepente convulsionibus [21]), aphoniâ et colicâ stipari vidimus. Dolendum, signa, quorum ope variae hujus generis complicationes gastricae cognosci possent, admodum esse aequivoca [22]). Indicant quidem generatim irritationem abdominalem; ast num haec irritatio directe e statu inflammatorio tubi alimentarii, num e stimulo saburrae, muci, bilis, vermium pullulet, cognosci inde nequit, nisi aegrorum modus vivendi, morbi praegressi, annua constitutio, et praesentia aut absentia symptomatum phlogosin abdominalem indicantium lucem accendant.

Continuatio et finis argumenti.

8. Quemadmodum morbilli, tum ob febris inflammatoriae vim (neglectâ videlicet methodo antiphlogisticâ, et usurpato regimine calefaciente), tum

20) Cfr. Consbruch l. c. p. 40.

21) Inter alia, exemplum puellae Vilnensis memorabile. Haec morbillis benignis decumbens, inopinate convulsionibus diris prehendebatur. Quum interea exanthema perstaret et febris mitis esset, quumque aegra linctum dulcem ad tussin leniendam sumsisset et clysteribus usa esset, culpam mali in *vermes* conjeci ac remedio anthelmintico extemplo opem tuli.

22) Rogo iterumque rogo, ut legatur de hoc argumento Burserius (l. c. §. 127.).

tum ob crebras haemorrhagias [23]), tum ob complicationem gastricam, *indolem nerveam* sensim sensimque induere queunt [24]); ita etiam directe ex imperio contagii in systema nervosum. Epidemiae enim morbillorum malignae a Sydenham, Watson, Klaiber, Rau, Rahn aliisque [25]) notatae, et singula hujus morbi exempla in epidemiis mitioris etsi indolis, inter pauperes hominesque impuros nobis oblata, clare testantur, morbillos interdum febre stipari, nec hilo pesti, typho, scarlatinae malignae etc. malignitate postponendâ. Virium vitalium summa mox a morbi initio prostratio, evacuationes cruoris, aliorumque humorum, quod virium supererat, delentes, nec non proventus ecchymomatum, gangraena, securissima hujus generis morbillorum constituunt indicia.

§. XI.

Prognosis.

Periculum. 1. Morbilli (exceptis gravissimis, de quibus vix sermo fuit), dummodo ad convalescentiae terminum rite curentur, haud multo, inter Europae

23) Memorabilem hujus complicationis casum J. P. Frank retulit (l. c. p. 245.).

24) Monro op. tract. de febr. inflammatoriis univers. Cap. 4. p. 22.

25) Notitia epidemiae malignae morbillorum Taurini a. 1789. regnantis habetur in: *Giornale scientifico litterario e delle arti.* *T.* 3. *P.* 3. p. 274.

pae saltem limites [1]), periculo stipantur [2]). Gravius affligi solent infantes tertium annum nondum assequuti, praecipue sub dentitionis opere, adulti

1) De summo quo morbilli in *Jamaica* stipantur periculo lege: *Letters and essays by different practitioners of the West-Indies.* p. 113.

2) Mortoni quidem juxta testimonium (l. c.) morbilli a. 1672. adeo Londini saevierunt, ut inde spatio trium mensium 3600 funera numerarentur. At calculi errorem hic latere suspicatur Dickson (*Med. observ. and inquiries. Vol.* 4. p. 256.) provocans ad *Collection of the yearly bills of mortality from* 1657 *to* 1758. (ibid.), quae determinat pro anno 1670, funera 295.; pro anno 1674, funera 795. et pro anno 1676, funera 295. — Ex 3807. mortuis, spatio sex annorum, 91. morbillis trucidatos esse, Percival refert (*Philosophical medical and experimental essays.* p. 100. Et: *Sammlung auserles. Abhandl. für pr. Aerzte. B.* 3. *St.* 3. p. 645.). Fatente Watson uno anno, unus inter decem; altero, unus inter tres mortuus est (l. c. p. 132.). W. Black morbillorum mortalitatem ad illam variolarum uti 1. ad 10. — vel 12. se habere contendit. (*An arithmetical and medical analysis of the diseases and mortality of the human species.* p. 64.). In orphanotrophio Londinensi a. 1794. ex viginti octo aegris, morbillis laborantibus *nullus* obiit; a. 1798. ex sexaginta novem *sex*, et a. 1800, ex sexaginta sex *quatuor* periere. (Willan l. c. p. 186.). De epidemia Caroliruhae observata, refert Meier (l. c. p. 29.): „*Den Angaben der hiesigen praktischen Aerzte zu Folge, wurden in der letzten Epidemie im Ganzen* 1220 *Masernkranke behandelt, von welchen* 27. *unter ärztlicher, freilich oft zu spät gesuchter, Behandlung starben.*“

adulti liquoribus fermentatis dediti, gravidae [3]) et puerperae. Mares prae puellis a morbillis excruciari [4]), non confirmatur [5]). Morbilli aestivi graviores hiemalibus. In morbo maligno nulla quidem dies secura, sed *nona* praecipue infensa [6]). Morbillos ex introductione *vaccinae* gravius saevire [7]), falsum est [8]).

Semiotica. 2. Symptomata morbillorum prodroma, quo diutius perseverant et quo vehementius urgent, eo gravior expectandus est morbus [9]). Verum et praeceps exanthematis eruptio mali ominis est. Spasmi sive convulsiones, eruptionem praecedentes, inprimis sub dentitione, magnum periculum portendunt [10]). Idem valet de morbillorum colore violaceo sive nigro [11]), de praesentia peticularum et ecchymomatum, inprimis vero de *retrocessu* [12]) exanthematis, paullo post non redeuntis;

3) Aliter docet WILLAN l. c. p. 175.

4) PERCIVAL l. c. 5) WILLAN l. c. p. 186.

6) FR. HOFFMANN op. c. T. I. p. 188.

7) ROBERT WATT's *history, nature and treatment of chincough. Glasgow* 1813.

8) *The London medical, surgical, and pharmaceutical repository.* 1814. *April.*

9) HEBERDEN. WILLAN ll. cc.

10) WILLAN l. c. p. 164.

11) FR. HOFFMANN op. T. II. p. 67. — AVICENNA. T. II. p. 74. — RHAZES l. c. p. 14.

12) „Singulare phaenomenon, quod pustulae non suppurent et tamen iis retrogressis metastasis purulenta deprehendatur, quae non ex partium continentium in-

tis; aliàs enim animi deliquia, deliria, viscerum inflammationes, praecipue *bronchitis* (hinc inde etiam sine retrocessu fatalis), interitum minantur. Modica diarrhoea eruptioni non obstat [13]), ac inter nonum et decimum diem salutaris observatur. Sic et epistaxis atque menstrua, justos limites haud excedentia. Satius est, si exanthema septimo morbi die evanescere incipiat, quam si tunc laete adhuc floreat [14]). Desquamatio ad felicem rerum exitum haud absolute requiritur [15]). Respiratio crebra et anhelosa, sine aliis laesi pulmonis indiciis, nequaquam timenda. Optima signa sunt, somnus diu protractus, sudor universalis, tussis cum sputis coctis, et urina sedimento puriformi instructa.

3. Absoluto morbillorum curriculo, praecipue a suscepto refrigerio, et ab usu rerum calefacientium, haud raro nova febris cum lateris dolore punctorio, respiratione difficili, pulsu duro, genarumque rubore sive livore, ingruit, aegrum quo tenerior est aetas, facile paucorum dierum spatio jugulatura. Aliàs eadem symptomata *lente* et interdum *periodice*, instar febris intermittentis, et cum eodem fere periculo ac subintrante *hydrothorace* — Mala residua.

flammatione et exulceratione oritur, sed verae metastasis purulentae speciem prae se fert." (Selle l. c.).

13) *Journal de médecine. T.* 5. p. 74. In matrona, de qua supra sermo fuit, ipsa cholera eruptioni morbillorum copiosissimae non obstitit.

14) Heberden l. c. 15) Aliter sentit Hufeland l. c.

thorace decurrunt. *Phthisis pulmonalis* in iis praesertim, qui jam ante morbillorum adventum tuberculis pulmonis laborarunt, occurrit. Saepe diarrhoea, raro salutaris et, comparentibus *aphthis*, vix non semper lethalis, morbis pectoris hucusque recensitis adjungitur. Singula haec mala haud raro *crisin* in variis eruptionibus cutaneis agnoscunt. Hujusmodi sunt: 1. *furunculi*, ab initio parum inflammati, lividi, dein ichorem fundentes, difficulter sanabiles et potissimum ad dorsum, regionem umbilicalem extremitatesque inferiores conspicui; — 2. *pustulae inflammatae* aut *vesiculae aqueae*, basi rubrae insidentes, dolore pungente et calore stipatae, inprimis extremitates inferiores et scrotum occupantes; — 3. *bullae* sero flaviusculo repletae, ad faciem, pectus et crura obviae; — et 4. *psydracia*, instar psorae universam corporis superficiem obtegens. Ad communes porro morbillorum reliquias pertinent: 1. *ophthalmiae* in suppurationem tarsorum maculasque corneae desinentes[16]); 2. *amaurosis*; 3. *fluxus saniei ex auribus*[17]); 4. *tumores glan-*

16) Reil memor. clinic. Vol. I. Fasc. II. p. 10. — J. Lucas *über einige ungewöhnliche Zufälle nach den Masern.* (*Sammlung auserles. Abhandl. für pr. Aerzte. B.* 14. p. 328.).

17) Vigente hoc fluxu, ac praesente simul parotitide, *auris externae gangraenam*, faciei, lethali cum eventu, communicatam, nuper in infante morbillos paullo an-

glandularum; 5. *aphthae*, *ulcera* ad oris angulum, cum labii superioris tumore, vel ad digitos tum manuum tum pedum, pluries cum carie ossium subjacentium; 6. *spasmi*[18]); 7. *paresis*, praecipue artuum non sine peculiari partium tensione; 8. *pollutiones nocturnae*[19]); 9. *scorbutus*[20]), *vitia cordis*[21]) et *aortae*[22]). Anasarca nunquam post morbillos conspeximus, ac idem fatetur HEIM[23]). Halucinantur itaque, qui tale hydropis

tea perpesso observavi. De moibis aurium morbillis pedissequis pulcherrime HUFELAND (l. c. p. 441.).

18) Ros. LENTILIUS convulsiones admirabiles post morbillos non sufficienter erumpentes pro chorea St. Viti habitae. (Misc. acad. nat. cur. dec. II. a. 7. 1688. p. 260.).

19) GODOFRED. SAMUEL POLIS de pollutione nocturna post morbillos. (Misc. acad. nat. cur. dec. II. a. 9. et 10. p. 52.).

20). JOERDENS (Act. nat. curios. Vol. VII. obs. 10.). In orphanotrophio mediolanensi, quamvis scorbuto non favente, plurimi, qui hieme a. 1789—1790. morbillos perpessi erant, vere sequente in scorbutum inciderunt. Idem Vilnae post morbillos hieme 1811—1812, inprimis inter Judaeos, conspexi.

21) TESTA *über die Krankheiten des Herzens, übersetzt mit Anmerkungen von* KURT SPRENGEL. *Hal.* 1813.

22) „*Dalla comparsa del morbillo ha veduto* PORTAL (observ. med.) *muorire un giovane in poche ore con palpitazione di cuore, e con suffocazione. Aperto il cadavere la tonaca interna dell' aorta era di molto infiammata.*" (SPERANZA l. c. p. 46.).

23) l. c. p. 90.

pis genus ad communes nostri exanthematis exitus revocant [24]). De salutaribus morbillorum effectibus nihil propriâ duce experientiâ proferre possumus [25]); ut ut frequentes sententiam, effectus morbillorum morbo ipso centies pejores esse [26]), minime subvertere valent.

Secunda infectio.

4. Etiamsi exempla *morbillorum reditus* in eodem homine [27]), et quidem in eadem epidemia [28]),

24) „*L'un des accidens consécutifs des plus redoutables et en même temps des plus communs de cette maladie, c'est la leucophlegmasie.*" (Montfalcon l. c. p. 142.).

25) Contra Schaeffer (op. c. secundo. p. 49.) inquit: „*Dahier sah ich bey einem zweyjährigen Knaben nach überstandenen Masern einen hartnäckigen Hautausschlag, gegen welchen Bäder, Mercurial-Waschwasser, Schwefelblumen u. s. w. eine geraume Zeit vergebens gebraucht wurden, verschwinden und nie wieder erscheinen.*" In: *Journal universel des sciences médicales (Vol.* 36. *cah.* 106. p. 106.) de infante legitur, qui perpessis morbillis a vitio haesitationis loquelae (*bègue*) liberatus est. Contra alius infans post morbillos loquelam amisit, elapso tandem biennio redeuntem.

26) Berends diss. de morbillorum effectibus morbo ipso periculosioribus. Francof. ad Viadrum 1802.

27) Baglivius opp. medica. Lib. I. („Sunt pueri, qui bis, etiam ter morbillis corripiantur, ut historiae testantur et nos semel vidimus"). — J. M. Müller de morbillis unius mensis spatio secunda vice redeuntibus. (Eph. acad. nat. cur. cent. 5 et 6. p. 90.). — A. Aepli *über zweymalige Masern. (Museum der Heilkunde. B.* 4. p. 304.). — Bobel *observation sur une rougeole secondaire. (Annales de la société de méde-*

mia [28]), absolute rejicere haud audeamus; attamen ea potissimum confusioni *rubeolae* et *eruptionum secundariarum* cum morbillis adscribenda esse opinamur. Propria enim experientia inter plurimos casus dubios nullum certum exemplum morbillorum genuinorum bis recedentium exhibet. Idem Rosenstein [29]) aliique [30]) fatentur. Homines cum aegris morbillis detentis arctum commercium habentes quamvis jam antea eundem morbum perpessi essent, affectione tamen catarrhali correptos fuisse, Willan contendit.

§. XII.

cine de Montpellier. T. 6. P. 1. p. 199.). — Haartman (*Berättelser till K. Colleg. med.* 1765. p. 59.). — De la Roberdière (*Journal de médecine. T.* 48. p. 253.). — Haen (*Ratio medendi. Vol. III.* p. 352.). — Wendt (l. c. p. 22.). — Baillie *an account of several persons in the same family twice affected with measles. (Transactions of a society for the improvement of medical and chirurgical knowledge. Vol.* 3. p. 258. 263.). — Bruckmann (Horn's *Archiv für med. Erfahrung.* 1825. *July und August,* p. 33.).

28) Tozzetti *Journal de médecine. T.* 5.

29) *Anweisung zur Kenntniss und Kur der Kinderkrankheiten. Aus dem Schwedischen, mit Anmerkungen, von* A. Murray. 5. Edit. p. 300. („*In den* 44 *Jahren aber, da ich Kranke besuche, ist mir noch kein Beyspiel davon vorgekommen*“).

30) Werner dissert. causam, cur homines semel tantum variolis veris et morbillis corripiantur, adumbrans. Regiom. 1760.

§. XII.

C u r a.

Prophylactica.

1. *Insitio morbillorum* primum a HOME a. MDCCLVIII, tum sanguinis tum lacrymarum ope tentata [1]), porro ab ALEXANDRO MONRO [2]), BÜCHNER [3]), J. COOK [4]), BURSERIO [5]) et R. A. VOGEL [6]) accuratius descripta et tandem a LOCATELLI [7]) aliisque [8]) nuper adhibita, quidquid dicant [9]), necdum omnino spernenda est [10]). De *sulphure*, ut

1) Principia medicinae. Lib. II. sect. 8. — *Medical facts and experiments.* p. 258.

2) De venis lymphaticis. p. 58. — *Neues Bremisches Magazin. B. 2. St. 2.*

3) Diss. de nonnullis ad morbillorum insitionem spectantibus.

4) *Gentleman's Magazin* 1767. p. 163.

5) Op. c. Vol. III. cap. 8. §. 157.

6) De cognoscendis et curandis corp. hum. affectibus. §. 135.

7) LODER's *Bemerkungen über ärztliche Verfassung und Unterricht in Italien während* 1811. *Leipzig* 1812. p. 36.

8) THEMMEN et TELLEGEN in: *Journal général de médecine française et étrangère. T.* 62. p. 401.

9) CALDWELL *de l'inoculation de la rougeole et de la peste. (Philadelph. Journal med. chir.* 1823. *April.* p. 19.).

10) A. SPERANZA (op. c. p. 160.) sic ait: „*Rifflettevamo che decorrendo la morbosa epidemia, ciò che suole quasi sempre avvenire, nella stagione invernale, anzi in questa avendo il suo principio il polmone trovasi già per se stesso in uno stato di predisposizione alle*

ut morbillorum prophylactico [11]), judicium suspendimus.

malattie catarrali, ed alla flogosi del medesimo. Eravamo pure addottrinati che in tempo di epidemia il contagio morbilloso è più attivo, e per ciò più periculoso per gli individui che attacca, per cui incalcolabili dovevano riuscire i vantaggi ottenuti dalla inoculazione, sia per approffittare della materia dell' innesto levata da un soggetto d'altronde sano, sia per eseguire l'operazione in tempo più opportuno, sia per dirigerne la cura. All' appoggio di simili principj invitammo il medico della casa di ricovero, e di industria, Dott. Frigeri *ove fra i fanciulli regnava tuttora il morbillo a praticare l'operazione. Instituito per tanto un leggier taglio colla punta di una lancetta sopra un gruppo di macchie morbillose più rosse, ed ivi intrisa di materia sanguinolenta la punta medesima, si fecero con questa alcune piccole incisioni, sul braccio del sano, coperto in seguito con opportuna fasciatura. Tale operazione venne colla massime diligenza ed al nostro cospetto eseguita sopra sei ragazzi di varia età. Questi dopo qualche giorno accusarono uno stato di mal essere; indi dal quinto al sesto apparvero leggierissimi fenomeni di corizza, con tosse, e lagrimazione, cui tenne dietro la comparsa di poche macchie esantematiche: mitissima era l'irritazione febbrile, in alcuni subentrò una leggiera diarrea e dal nono all' undecimo giorno dall' innesto il morbillo aveva finito il di lui corso senza lasciar dietro di se alcuna secondaria malattia. Non contento il medesimo dottore* Frigeri *di questo risultato, che sottpoose ad una attenta e giornaliera osservazione, volle sopra di se medesimo tentarne l'esperimento, il quale sortì l'uguale effetto, ma più mite ancora, limitandosi tutti*

dimus. Interea *fugam contagii* [12]), ut unicum malo praeveniendi auxilium, saltem ibi commendamus, ubi aut genius morbi epidemicus perniciosus, aut morbosa hominum peculiarium conditio, justum morbillorum futurorum incutiunt timorem.

i fenomeni morbosi ad una passagiera affezione catarrale interessante più i seni frontali e la membrana pituitaria, che la trachea ed i bronchj. Dall' innesto in simil guisa esperimentato dal Dott. Negri *in due ragazzi si ebbe un pari risultato, nè diverso pure si fù l'esito da noi stessi conseguito in quattro altri individui operati collo stesso metodo. Non fummo d'altronde ugualmente felici allorquando ad esempio di* Home, *di* Horst, *e di* Ronald's, *tinto un poco di cotone nel sangue, che sortiva dalle ferite fatte sopra un gruppo di macchie morbillose, cercammo in due individui di farne l'applicazione al braccio previe alcune punture su questo instituite: in quanto che l'esperienza non corrispose ai nostri voti per non essere comparsi fenomeni catarrali, nè macchie esantematiche.*"

11) Turtual (*Der Schwefel als Präservatif gegen die Masern*, in: Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde. B.* 56. *St.* 2. p. 107.) observavit, infantes psorâ laborantes, qui *sulphure* utebantur, morbillis Monasterii a. 1817. grassantibus minus obnoxios fuisse, et eos qui coqueluche et herpete detenti fuere, a morbillis ibidem a. 1822. obviis plane immunes mansisse. Hisce observationibus innixus, puellae, quae inter aegrotos morbillosos versabatur, sulphur exhibuit, haecque salva evasit.

12) Christ. Cachet *vrai et assuré preservatif de la petite vérole et rougeole. Toul.* 1617. 8.

morem. Aliàs enim, ut, quo citius id fieri potest, optata per morbum obtineatur securitas, rem casui committimus. Ingruente morbillorum epidemia magistratus praecepta ei accommodata vulgare posset [13]).

2. *Morbilli mites* instar scarlatinae simplicis curantur. „In universum igitur si benignus et regularis morbus videatur, si febris non vehementior sit, si non ingens pectoris angustia, si aeger alioquin sanus, nec ulla anteriore pulmonum labe affectus cernatur; res tota naturae committatur, imperato tantum diaetetico regimine" [14]). Tuendus praeterea aeger a nimia luce; interdiu itaque occlusis fenestris solis radii arceantur; nocte

C. morbillorum mitium.

K 2

13) *„Es wäre wenigstens wohl der Mühe werth, dass die Behörden das Volk nach dem jetzigen Zustande der Wissenschaft und unserer Einsichten in die Natur der fieberhaften Ausschlagskrankheiten überhaupt, in solchen Fällen sorgsam und eindringlich belehrten, wie z. B. der Ton dazu in einer Volksschrift, als Anhang zum Arzneykalender (Lauenburg bey Behrenberg) unter dem Titel: An Mütter zur Belehrung und Beruhigung bey der jetzt herrschenden Masernepidemie, gut getroffen zu seyn scheint, wo über die erhitzende luftlose Einsperrung der Kranken, ihre reitzende und treibende Diät, so wie über die Vorsicht bey der Nachkur, besonders in Berathung der Athmungswerkzeuge und der Augen sehr vernünftige Bemerkungen mitgetheilt werden."* (Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde. 1825. November.* p. 90.

14) Burserius op. c. §. 124.

nocte cubiculum languidâ flammula illustretur. Ut tussi occurratur, succi vegetabiles subacidi evitari et *res mucilaginosae* [15]), tum pro potu, tum pro linctu, tum pro medicamento exhibendae. *Nitras potassae*, a Fr. Hoffmann, propterea quod eruptionem exanthematis retardare ac pectoris incommoda augere dicatur, proscriptus [16]), nobis sub majore paululum febris impetu semper profuit. Sydenhamium in cura morbillorum regimen calidum commendasse, rite demonstrante Dickson [17]), falsum. Certe neque calor nimius neque frigus, a Brunone hypothesium et analogiae morbillorum cum catarrho gratia commendatum [18]), recte animadvertente Cullen [19]), saltem inter nos [20]), morbillis quadrat. „Nocet enim utrumque extremum“ [21]). Ingruente desquamatione, alvus, nisi sponte laxata sit, leni eccoprotico sollicitanda.

C. morbillorum gravium. 3. In nullo exanthemate *venaesectio* tam secure sub quovis morbi stadio, eo invasionis non exce-

15) Emulsio arabica, solutio gummi mimosae, in aqua simplici addito syrupo demulcente, decocta salep, althaeae, seminum lini, mixtura oleoso - gummosa.

16) Opp. T. II.

17) *Bemerkungen der Londner Aerzte. B.* 4. p. 209. 215.

18) Elementa medicinae. 19) Op. c. §. 247.

20) „Sane in *Java* qui laborant morbillis nisi strenue perfundantur frigidâ, vix evadunt.“ (Kaempfer amoenit. exot. Fasc. 3.).

21) Burserius l. c.

excepto [22]), institui potest, quam in morbillis vere inflammatoriis, praesertim si phlogosi laryngis, tracheae, bronchiorum, cordis, tubi alimentarii stipatis. Ipsa jam tussis fortior, respiratione et decubitu haud penitus liberis, phlebotomiam exposcit, dum aegrotus ad phthisin praedispositus est. Nec diarrhoea [23]) nec aetas infantilis [24]) venaesectioni obstant. *Hirudinibus*, fracta solum febris vi, locus est; pro re nata inter costarum interstitia aut ad abdominis superficiem. Cavendum ne aegrotus in iis applicandis frigori exponatur. Haemorrhagiis non immodicis et per innocua contingentibus colatoria liberum concedimus decursum. Epistaxin rebellem, inprimis e narice sinistra pullulantem, saepe e cordis affectione emergere compertum habemus. Si virium jactura usum venae sectionis et hirudinum crebro repetitarum, impediat [25]), *folia digitalis purpu-*

reae

22) Venae sectionem morbillorum eruptionem promovere docuerunt Fr. Hoffmann (l. c. T. IV. p. 189.), Ribe *Abhandl. der Schwed. Acad. der Wissenschaften. B.* 2. p. 144.), Haen (l. c. p. 348.).

23) Diarrhoeam nimiam sub morbillorum curriculo sponte imminui, jure fatetur Sydenham ac confirmat Selle (l. c. p. 115.).

24) „Quod ubi incidit, protinus sanguinem e vena mitti vel in *tenerrimis infantibus* oportet, quod semper felicissimo eventu fieri affirmat Sydenhamus." (Burserius l. c.).

25) „Ubi vero sanguinis mittendi indicatio non admodum perspicua est, aut sanguine jam misso sympto-

reao egregium sistunt remedium. *Alvum evacuantia*, scopo antiphlogistico, raro ante nonum morbi diem indicantur. Si multa pituita praesertim in infantibus, fauces et pectus obruat, *vomitus*, deleto jam inflammatorio impetu, sat tuto movetur. Versus finem perducto morbo, prae omni alio exanthemate liberam transpirationem postulante [26]), lenissima diapnoica praescribenda. Nisi haec sufficiant, et si tussis effrena et continua somnum impediant, ad *narcotica*, inprimis ad *hyoscyamum* [27]) deveniendum, quem utpote salutarem diarrhoeam non cohibentem, opio anteponimus. Alvi autem fluxu noxam afferente, *pulvis Doveri* duplici scopo satisfacit. Optime horum remediorum indicationes Burserius (observationes Sydenhami, Mortoni, Lieutaudii et Tissoti ad trutinam vocando), statuit [28]), demonstravitque narcotica in tenera aetate ac sub primis morbi stadiis, excepto forte eo invasionis apud hystericas [29]), periculosa esse.

C. morbillorum gastricorum.

4. Morbillis cum *complicatione gastrica* obvenien-

mata eadem perstant, prudentis medici est, temperantia et antiphlogistica prius tentare, quam ad phlebotomiam propere nimis instituendam aut iterandam procedere." (Idem l. c.).

26) J. P. Frank l. c.

27) Pro infante quatuor annorum granum unum in emulsione ad uncias sex sensim sensimque sumendum.

28) Op. c. Vol. II. §. 180 — 183.

29) Fr. Hoffmann l. c.

venientibus, complicatio juxta praecepta in doctrina generali febrium et exanthematum tradita, primum per remedia resolventia, dein per emetica et alvum moventia abigenda. Sic Fr. Hoffmann, Rosenstein, Stoll, Tissot et Burserius unanimi docent consensu. Principum istiusmodi medicorum consilia si negligeres, culpa fatalis morbi exitus in te ipsum rejicienda foret. Interea cavendum ne ventriculus phlogosi morbillosa correptus adhuc magis emeticis et purgantibus irritetur. Nec obliviscendum hujus generis pharmaca non ad sanandos ipsos morbillos, sed solum ad removenda obstacula eorum debito curriculo sese opponentia, praescribi.

5. Quum ut monuimus malignitas morbillorum saepe ex diathesi aut inflammatoria aut gastrica aut ex earum complicatione proficiscatur, clare apparet methodum medendi hucusque indicatam pro re nata quoque *morbillis gravissimis* quadrare posse [30]. Itaque solum tunc ab hac methodo deflectendum foret, si ea aut in peculiaribus aegrotis detrimentum afferret, aut aperte genio morbi epidemico adversaretur. Nec id facile per universum morbillorum curriculum, sed in singulis potius stadiis. Morbillos virium summâ jactu-

C. morbillorum gravissimorum praecipue nervosorum.

30) „Multi pueri morbillis decubuerunt; perpetuo jactitarunt membra, delirarunt et tendinum subsultu agitabantur: *remedio stimulante interno nunquam opus fuit.*" (Störk ann. med.).

jacturâ, labefactatione systematis nervosi aliisque notis malignitatis ingruentes vidimus, qui superato primo morbi impetu, provocataque ope teporis lecti, potus calidi leniter aromatici, *spiritus Mindereri* et *sinapismorum* ad utrasque extremitates exanthematis eruptione, sat mite dein decurrebant. Hac eruptione ex languente naturae motu cunctante, ad *cucurbitulas siccas*, universo corpori admotas, et subinde opportune iteratas, ad *balnea tepida crurum* et ad *vesicatoria* confugere liceret [31]). Quodsi absoluta eruptione exanthematis, morbus indolem mutaret, notasque sive inflammatorias, sive gastricas exhiberet, a methodo diapnoica et excitante abstinendum et novae rerum faciei occurrendum. Potest itaque sanguinis missio, potest emeticum, aut purgans in primo morbi stadio nocere, et in sequenti aegrotum ex orci faucibus eripere, ac vice versa. Si methodus antiphlogistica aut antigastrica in morbi limine adhibita, serius talem post se traheret debilitatem, ut efflorescentia sese sustinere nequiret; *sulphur auratum antimonii* [32]) (a Fr. Hoffmanno commendatum), aut *aura* sic dicta *camphorata* praescribenda. Morton, Watson et Klaiber hic decocti *cinchonae* et infusi *serpentariae virginianae* laudes cecinerunt, nisi pect-

31) Burserius l. c. §. 140.

32) A quarta grani parte ad granum dimidium omni secunda tertiave horae parte.

pectoris oppressio primo illorum pharmacorum usui obstiterit. Morbo omnino instar febris nervosae decurrente, juxta indicationes solitas incedendum, quod inprimis de cura symptomatum valet.

C. malorum residuorum.

6. *Peripneumoniae inflammatoriae* in convalescentiam incidentes vel retrocessus effectus, *venae sectionem*, *hirudines*, *cucurbitulas cruentas*, non neglectis serius, juxta indicationes in tractatu de peripneumonia stabiliendas, *sinapismis*, *vesicatoriis*, *pediluviis*, *frictionibus cutis*, infuso *foliorum digitalis purpureae*, decoctoque tum *caulium dulcamarae* tum radicis *polygalae senegae*. A *calomel* morbillorum reliquiis adverso abstinemus. Praesentibus signis *phthiseos pulmonalis* aut *meseraicae* cum febricula quasi intermittente, ne praepostere ad *corticem* [33]) confugiamus, cavendum est. Levamen tunc potius a remediis *mucilaginosis*, a *digitali* et a *lacte* obtinetur, quod ultimum, auctore LASSONIO [34]), princeps diarrhoeae morbillosae sistere solet remedium, cui tamen in nonnullis epidemiis *pulverem ipecacuanhae cum opio* [35]) et *clysteres* ex *decocto*

33) ROBERT WHYTT *on the use of bark in dysenteries and hoarseness after the measles. (Essays and observat. phys. and litterary. Vol.* 3. p. 366.).

34) *Sammlung auserles. Abhandl. für pr. Aerzte.* B. 9. *St.* 2. Ex: *Mémoires de la société royale de médecine.* a. 1779. p. 84.

35) Pro infante quatuor annorum grana duo, quatuor in vehiculo mucilaginoso sex unciarum.

cocto amyli debuimus anteponere. Quo pacto *tumoribus glandularum*, *hydrothoraci*, *ophthalmiis* aliisque morbillorum residuis [36]) occurrendum sit, alibi docebimus. Convalescentia uti post scarlatinam curatur. Eam symptomatibus *vermium intestinalium* perturbari haud raro observavimus.

Caput III.

D e r u b e o l a.

§. XIII.

Definitio. Historia et literatura.

Definitio. 1. Exanthema adspectu morbillis sat simile, at sine prodromis catarrhalibus, praeviâ febre, symptomatibus rheumaticis saepeque faucium dolore stipatâ, invadens, jam primo morbi nychthemero erumpens, ac spatio paucorum dierum, plerumque sine desquamatione aut aliis reliquiis evanescens, nobis *Rubeola* [1]) dicitur.

2. Ru-

36) Ambr. Stegmann de theae usu salutari in convulsionibus puerorum post *morbillos* et variolas oriundis. (Miscell. acad. nat. curios. dec. 3. a. 1. p. 38.).

1) *Synon.* Febris rubeolosa; Rosaliae. Germ. *Rötheln; Rothflecken; Feuerflecken; Rotho Hund; Feuermasern.* Belg. *Roode mazelen.* Dan. *Maeslinger; Falske maeslinger; Röde hunde.* Suec. *Röd mäsling.* Angl. *Measels; Meazels; Redmeazels.* Gall. *Roséole.* Ital.

2. Rubeolam, Patri *purpuram*[2]), pro morbo sui generis sub nominibus nunc *morbillorum sine catarrho*, nunc *rossaliae*, nunc *purpurae* descripserunt medici *Vratislavienses* [3]), ORLOVIUS [4]), RUDOLPH. BUCHHAVE [5]), SELLIUS [6]), G. F. A. ZIEGLERUS [7]), S. G. VOGEL [8]), REIL [9]), F. G. H. FIELITZ [10]), WENDT [11]), SEILER [12]), STROHMAYER [13]), Historia et literatura.

Rosalia; Rosellina; Rosacci; Rosetti; Schioppole. HISP. *Alfombrilla; Sarampion colorado.* LUSIT. *Sarampão; Sarampo vermelho.*

2) *Orationem academicam genitoris de purpura* (epitomes de curandis hominum morbis supplementum), quam editis jam jam opusculis suis postumis reperimus, modo ad calcem capitis de rubeola, *appendicis* sub forma annectere placuit.

3) Historia morborum Vratislaviensium a. 1700. p. 185.

4) Programma de rubeolarum et morbillorum discrimine. Regiom. 1785.

5) Observationes medicae varii argumenti. Obs. 6. de rubeola anomala. (Acta Reg. soc. med. Havniensis. Vol. I. p. 218.).

6) Medicina clinica p. 115. — Rudimenta pyretologiae methodicae. edit. Ticinensis. p. 165. — *Neue Beyträge zur Natur- und Arzneywissenschaft. Th.* 1. p. 117.

7) *Beobachtungen aus der Arzneywissenschaft und Chirurgie. Leipz.* 1788. p. 81.

8) *Handbuch der praktischen Arzneywissenschaft.* 3. *Ausgabe. Th.* 3. p. 256.

9) Memorabilia clinica. Vol. II. p. 12.

10) *Beobachtung einer Röthelnepidemie.* (HUFELAND's *Journal der pr. Heilkunde. B.* 4. *St.* 2. p. 36.). Ad scarlatinam pertinuisse puto.

MAYER [13]), PHIL. AB HAGEN [14]), W. G. MATON [15]), HEIM [16]), FERD. KRAUSE [17]), GALLISCH [18]), H. F. D. WOEMPNER [19]) etc. [20]).

§. XIV.

Symptomata. Caussae.

Symptomata. 1. Morbus perstante utplurimum ciborum desiderio, lassitudine, doloribus artuum, regionis subaxillaris, lumborum et faucium, caloribus fugacibus et febre, aliquando ut vidimus, non sine anxietate, somnolentia et surarum crampo, absentibus praeter oculorum ruborem symptomatibus

11) *Annalen des klinischen Instituts in Erlangen. Heft* 1. p. 10.

12) Diss. de morbillos inter et rubeolas differentia. Viteb. 1805.

13) Diss. de rubeolarum et morbillorum differentia. Götting. 1806.

14) Diss. de rubeolis. Götting. 1812.

15) *Some account of a rash liable to be mistaken for scarlatina.* (*Med. Transactions. Vol.* 5. p. 149.).

16) *Bemerkungen über die Verschiedenheit des Scharlachs, der Rötheln und Masern in diagnostischer Hinsicht.* (HUFELAND's *Journal der pr. Heilkunde.* 1812. *Stück* 3.).

17) Tractatus de rubeola. Viennae 1823.

18) Diss. de rubeolis. Berolini 1825.

19) Diss. de rubeola. Rostock. 1827.

20) Dissertationes de rubeola Edinburghae editae auctoribus BLAYEREY (1779), WHITELAW (1786), HARRIS (1793), DOS SANTOS (1795), THOMPSON (1800).

tibus catarrhalibus [1]), (aliquando ipsâ eruptione) incipit. In genere tamen eruptio solum versus finem primi nychthemeri apparet, et ita quidem, ut exanthema, coloris fructus rubi idaei, uno fere temporis puncto per universum corpus, maxime ad faciem, ad brachia manuumque dorsum (quae loca aliquando unice ab eo occupantur) cum puritu saepe nullo, interdum sive modico, sive magno, sub *triplici forma* in conspectum veniat. Prima forma (*rubeola discreta*), puncta segregata, arcte circumscripta, morbillis sparsis similia, plerumque vero minus prominentia, minusque regularia et angularia exhibet; — secunda (*rubeola confluens*), punctis rubris, fere planis, ita confluentibus ut cutis intermedia rubeat, notatur; — et tertia (*rubeola miliaris*), ex papulis magnitudinis seminum sinapis nigrae, hinc inde albicantibus, nonnullis in locis rubeolae confluenti intermixtis, constat. Exanthema una cum febre spatio trium, quatuor, septem [2]) dierum, plerumque sine ulla crisi, interdum sub sudore et urina puriformi, evanescit. Desquamatio rarissime et tunc solum, dum exanthema sub forma miliari effloruerat, patefit. Convalescentia atque morbi reliquiae vix animadvertuntur [3]).

2. Aetas

1) Semel tantum sternutationem, in femina illi a prima infantia, minima porrecta caussa, subdita, observavi.
2) Heim l. c.
3) Ziegler (l. c.) contendit post rubeolas *leucophleg-*

Caussae.

2. Aetas infantilis et sexus femineus praecipue ad rubeolam, aliquando epidemice, non sine contagii suspicione, regnantem [4]), praedisponunt.

§. XV.

Diagnosis.

Facilis confusio.

1. *Rubeola* cum *miliaribus rubris*, cum *urticaria papulosa*, cum *scarlatina*, cum *morbillis*, cum *exanthemate mercuriali*, cum *strophulo* confundi potest.

Distinctio a miliaribus rubris.

2. *Rubeola miliaris*, ob crampum surarum, quo interdum stipatur, et ob adspectum, facile pro *miliaribus rubris* accipi potest, nisi ad sequentia respiciatur.

Miliaria rubra.	*Rubeolae miliares.*
a. Rarissime faciem occupant.	a. Maxime faciem detinent.
b. Sudores specifici eruptionem praecedunt.	b. Nullus ab initio morbi observatur sudor.
	c. Ple-

matiam communem esse. Omni vero jure quaerit Vogel (l. c. p. 257.): „*Sollte man die Rötheln in diesem Falle nicht mit dem Scharlach verwechselt haben, von denen sie oft gewiss schwer zu unterscheiden sind?*"

4) Vidi rubeolam epidemicam Ticini a. 1793, mense Junio, — Mediolani mense Julio ejusdem anni et Vilnae 1812 mense Martio. Cfr. Appendix.

c. Plerumque *conaminibus repetitis* erumpunt.	c. *Uno impetu* prorumpunt.
d. Aliis morbis superveniunt.	d. Morbum primarium constituunt.

3. *Urticaria papulosa* in febre rheumatica erumpens, cum *rubeola confluente* confundi posset. Distinctio ab urticaria papulosa.

Urticaria papulosa.	*Rubeola confluens.*
a. Pruritus saepe intolerabilis percipitur.	a. Raro pruritus magnus occurrit.
b. Eruptio utplurimum secunda tertia die contingit.	b. Eruptio vel cum *morbi ingressu* vel *primo* illius nychthemero comparet.
c. *Maculae* saltem ad circumferentiam *prominentes* sunt.	c. *Maculae planae* cernuntur.
d. Efflorescentia *inconstans* est.	d. Efflorescentia *constans.*

4. Similitudo *rubeolae* tum *confluentis* tum *miliaris* cum *scarlatina* sive *levigata* sive *miliformi* per se patet: en differentias: Distinctio a scarlatina.

Scarlatina.	*Rubeola.*
a. Versus finem primi vel ab initio *secundi* nychthemeri prorumpit.	a. Morbi *initium* comitatur, aut intra primum nychthemerum efflorescit.
b. Rubor cutis *laetus.*	b. Rubor cutis *obscurus.*

c. Rubor

c. Rubor cutis ob compressionem digiti evanescens, hac cessante, solum a peripheria ad centrum redit.	c. Rubor cutis ablata digiti compressione non solum a peripheria redit, sed ex punctis exanthema constituentibus undique manat.
d. Desquamatio evidens.	d. Desquamatio vix perceptibilis.

Distinctio a morbillis.

5. *Morbilli* potissimum cum *rubeolis discretis* similitudinem exhibent.

Morbilli.	*Rubeola.*
a. Stadium invasionis symptomata *catarrhalia* portendit.	a. Stadium invasionis symptomatibus *rheumaticis* insignitur.
b. Eruptio *quarto* morbi die contingit.	b. Eruptio curriculo *primi nychthemeri* locum habet.
c. Efflorescentia fere ad *diem decimum* morbi protrahitur.	c. Efflorescentia rarissime *septimum diem* attingit.
d. Convalescentiam propriis periculis stipatam habent.	d. Nulla fere observatur convalescentia nullaeque obveniunt reliquiae.

§. XVI.

Prognosis. Cura.

Prognosis. 1. Prognosis ex ipsa rubeolae descriptione eruitur.

Cura. 2. Rubeola secundum regulas generales exanthematibus primariis medendi curatur.

Appendix

Appendix ad Caput III.

Oratio academica de purpura a reliquis exanthematibus diversa,

quam die 30. Maji 1794. in R. Ticinensi Archigymnasio recitavit

JOANNES PETRUS FRANK.

Rector Magnifice, Patres Sapientissimi, Auditores Spectatissimi!

Morborum, qui sedem ac domicilium in *cute* humana sibi deligunt, sicut major est copia; ita et origo et indoles, et, qua inter se ipsos discrepant, ratio, densiori caligine involvuntur. Haec, *Veteribus* fere minus, quam nostrae aetati perspecta fuit rerum, quas sine gravi aegrorum damno ignorare haud possumus, inscitia. Illis enim, a GALENI temporibus, innixa *quatuor humorum* doctrinae hypothesis, licet insulsa, penitus satisfecit; atque cum ex solo exanthematum impetiginumque habitu externo judicium peti posse supponerent: ad eas, quas hodie ex singulis morbosae constitutionis et causis et symptomatis derivamus, diversitates aegritudinum, aut non satis attenti fuerunt, aut melius describendas posteritati reliquerunt. Nullibi hinc major est in illis, quae ab antiquis ad nos usque pervenerunt, cum rebus, quas propriis nos oculis intuemur, conferendis incertitudo; ac ubi de morbis, qui cutis superficiem inquinant, quaestio movetur; nullibi graviora se nobis offerunt in augenda Medicinae supellectili obstacula, quam cum, sub minori proprias in vires fiducia, *Veterum* de morbis commenta salvare, et exanthematum ex istis, interpretari magis, quam ausu proprio definire naturam contendimus. Hos quidem scopulos, licet exi-

miorum naufragia Virorum me undique terrerent, in duobus, quos nuper auditorum in commoda, *de exanthematum impetiginumque natura*, edidi, libris evitare annisus sum; sed re ipsa ad majorem simplicitatem revocata, atque cum omnem de morbis cutaneis doctrinam integumentis illis evolutam nudatamque conspicerem; non potui, quin simul speciei ac formae illius tenuitatem et extremam quasi maciem dolerem, ac majoris hac in classe morborum accuratius describenda industriae necessitatem ostenderem. Nec ad rariores vel magnas modo cutis affectus haec ipsa extenditur, sed vel levissimorum communissimorumque exanthematum, impetiginumque historia, ne sua multis ambiguitate obsit, limari ac ulterius poliri meretur. Ut vero hoc desideratum ad opus pro viribus contribuam, oblata mihi coram Vobis, Patres Sapientissimi! dicendi occasione, benignae admodum indolis morbum, quem, elapso vix anno, observare mihi datum fuit, ut ille ipse incessit breviter exponam.

Anno 1793, sub mensis Junii initio, copiosas post pluvias, insolitum apud nos frigus successit. Mox dies aliquot sereni calidique sequebantur, quos noctes sat frigidae claudebant. Sub istarum ingressu, diuturnis deambulationibus indulserat femina illustris: cum, jam quidem sanissima, ante viginti fere annos *scarlatinam*, — necdum vero *morbillos* experta, lassitudinem et sat fortem ad lumbos dolorem accusaret. Altera jam die, universi corporis superficiem undique obsessam papulis rubris, miliformibus, super cute quidquam prominentibus ac asperis, solidis tamen nec ullo humore repletis, solitariis hinc inde confertis, ostendit. Ab his rubebat tumebatque facies; oculi vero nec turbidi erant, nec lacrymas fundebant, nec phlogosin conceperant; sternutatio non aderat nec nares obstructae, nec stillantes, nec faucium dolor, nec tussis de catar-

catarrhali membranae harum partium mucosae affectione testimonium edebant. Pruritus in cute nullus, sed pulsus manifeste febriles, frequentes, ac sine ulla duritie pleni observabantur. Die tertia morbi, febris jam erat mitissima, ac sudor sat multus accedebat. Die quarta, omnis jam morbus disparuerat, ac, sine quavis cuticulae desquamatione sanitas perfecta redivit.

Post paucos modo dies, altera, eodem in loco degens, foemina, sub similibus symptomatis, excepto lumborum dolore, eodem exanthemate universam ad cutem conspicuo, laborare incoepit. Rubebat, leviterque tumebat facies; febris aliqua sed minor quam in prima aegrota. Hinc nec lectum quidem petiit, sed aurae liberiori licet continuo exposita, eadem celeritate sine quavis excretione aut cuticulae desquamatione conspicuis perfecte convaluit.

Nunc virginem sanissimam, eodem sub tecto habitantem, exanthema corripuit. Febris scilicet simul ac hoc ipsum, sed paulo major quam in secunda aegrota, accessit; papulae, ut in primis exemplis, ad faciem potissimum, quae satis tumebat, rubebat, prorumpebant; ad morbi tertium jam diem disparuerat febricula; et ad quartum, quin aut sudor succederet, aut epidermis a cute secederet, perfectam sanitatem, quae nec lectulum hucusque interdiu petierat, obtinuit.

Cum vero haec ad alteram *Padi* ripam contigissent; similis in omnibus morbus *Mediolani*, mense Julii sequentis, sub intenso atmosphaerae calore, foeminas, juvenes, infantes complures, vix autem viros invasit. Sic decima quarta Julii, primae, cujus historiam hic tradidi, aegrotantis filia, aequali valetudine instructa, sine quovis aut catarrhali, aut febrili, aut alio demum symptomate, si modo levem pruritum, sensumque punctionis ad cutem,

 quasi

quasi aciculis vexatam, excipiam, mox solam ad faciem tunc quidquam subtumidam atque rubentem, eodem, quo mater, tribus abhinc septimanis, aegrotaverat, exanthemate, seu papulis copiosis, rubentibus, vix tamen, ut in illa, super cute prominentibus ac asperis, solitariis, hinc inde confluentibus, sub ciborum ac potus desiderio naturali, laborare incepit. Die decimo quinto eodem res modo procedunt. Tumet adhuc facies ad genas, ex pustulis copiosis, subrubra; ad collum, pectus, abdomen, artus, nullum exanthema; hinc inde ad jugulum pruritus; pulsus naturalis; cibos appetit, ac optime valere videtur. Ad noctem, ut sana solebat, dormivit. Die decima sexta nulla morbi supersunt vestigia, ac sine sudore, vel alia quacunque excretione, vel quin ullo in loco cuticula in furfures aut squamas abiret, perfecte convaluit.

Majores in juvene viginti duo annorum ac robusto, tumultus, cum hoc a morbo prehenderetur, sunt orti. Hic scilicet eodem ac ultima aegrota die, duodecimo Julii, cum cibos magis quam paulo pridem appetiisset, ac perfecta valetudine gauderet, lassitudinem illico et articulorum dolores, capitis stuporem persensit, ac facie sub nocte rubebat. Morbillos jam duodecim et plures ante annos superaverat aegrotus. Hac ipsa vero nocte sternutavit frequenter, atque mox faciem non modo sed omnem corporis superficiem exanthemate obtectas conspexit. Hoc insecutum est frigus per horam extensum ac vehemens; successit calor, capitisque dolor cum pulsu frequenti ac duro. Sudor tandem copiosus, quin cephalalgia cessaret, prorupit. Die decima quinta horis matutinis proprio consilio duas cremoris tartari uncias assumsit. Meridiem versus observo faciem, truncum, artus, inprimis ad cubitos exanthemate laete rubente, super cute quidquam elevato, aspero, ex papulis duris, solidescentibus ac miliformibus conflato, undique

dique obtecta; sternutatio hinc inde recurrit; rubent ac lucem quodammodo moleste ferunt oculi; fauces non dolent; nec tussis se prodit; sed frequentia se obtrudunt suspiria, inquietus est situmque cum situ mutat aegrotus. Exanthema nec prurit, nec pungit, nec ardorem inducit; bis alvus est mota; arteriae sunt plenae vibrantque frequenter; sitis urget. Versus quintam pomeridianam plenitudo arteriae ac frequentia pulsuum imminuitur; exanthemata ad artus minus sunt conspicua; alvus denuo sat copiose soluta, sitis aucta: constrictio molesta, spasmodica, quam *crampum* aliqui dixerunt, dextram ad suram accusatur; cum vero majorem transpirationis curam haberi jussissem; tam illa ad suram sensatio, aucta simul exanthematis copia, ac sudore profluente, quam frequentia suspiria cessarunt. Remansit dolor capitis ac febris aliqua, cum pulsu tamen molliore ac minus frequente. Sternutatio continuat, ac alvo denuo copiose soluta, aliquot per horas obdormivit aegrotus. Die decima sexta, sudor manat aequalis, copiosus: sub quo febris disparet. Exanthema ad thoracem adhuc multum, — ad artus, et faciem, modo paucum conspicitur. Sternutatio hinc inde aliqua. Jam paucas post horas lectulo valedicit ac laetus deambulat. Die decima septima, ut alii aegrotantes fecerunt, liberiori se aurae salutis sine damno exponit. Nulla et hoc in aegro sequuta est epidermidis desquamatio.

De duabus, quas tamen ipsemet non vidi, puellis, ab eodem exanthemate cum febre correptis, mihi referunt, oculos rubedine fuisse suffusos. In una ex istis dolor se aliquis ad fauces manifestavit, et quum minorem quam debuisset transpirationis rationem haberet, ad octavum usque diem protracta aegritudine, pustulae nec tunc quidem omnes ad crura disparuerant. Aliquos, sudore neglecto in hydropem subcutaneum incidisse, ab egregio illius Metropolis Medico percepi.

Atque

Atque haec est succincta morbi, sub illius quidem anni constitutione certe non gravis, historia. Atque haec ipsa, similis, ante multos jam annos a me conspecti inter rusticos Patriae juniores exanthematis *), deletam fere jam jam imaginem refricuit. Ex causis quippe evidentibus, plerumque post suppressos incaute admisso frigore sudores, et quovis non tempore et loco, praeviis lassitudine, horrore, mox sub prima caloris ardentis invasione in illis non raro cutem universam, iisdem ac vix a me descriptae sunt, papulis conspersam observavi: quod levissimum exanthematis genus vel ipsi naturae committebant; vel sese, ridicula satis methodo, saccis farinae conservandae dicatis ad collum usque includebant, ac sudoribus profusis, post duos aut tres fere dies, amissam, sine medici auxilio, valetudinem occupare solebant. Nec minus communissimum tenuioris aetatis prolibus exanthema in mentem nunc incidit: quod, sub levi satis calore, non raro universam corpusculi superficiem, eodem sub aspectu, occupare, ac paucos post dies, sine cutis manifesta desquamatione, sub sudoribus difflari consuevit. Neque rarum esse tunc equidem recordabar, sub rheumate alioque dolore, copiosas in cute partis affectae papulas miliformes, rubras, solidas, atque asperas, cum insigni plerumque doloris moderamine, comparere ac paucos post dies, sine ulla vel saltem sine conspicua epidermidis jactura, evanescere. Tandem et in clinico instituto, sub vix elapsi mensis Aprilis finem juvenem mulierem gravi ischiade, jam uno ac dimidio a mense laborantem, ac simul praecordiorum anxietate, suspiriis, respirandi difficultate, febreque, licet pulsus tam frequentes non essent, sat valida, nausea et oris amaritie correptam tractavimus. Huic, sanguinis portione, ob arterias sat duras, nec tamen elevatas,

*) *Wibeln*, vel *die Wibelsucht* dicitur.

tas, detracta, altera mox die, praeter levia purgantia, ac demum haustum salinum cum vino antimoniato porrecta, vesicans ad partem dolentem posuimus. Post unius spatium nychthemeri, descriptum in cute femoris affecti exanthema, sub aliquo doloris levamine et insigni pruritu prodibat. Interim insolita, hoc morborum in genere, pectoris angustia mulierem hucusque tenebat, quae omnis, ipsa cum febre, disparuit, quamprimum, post duos fere dies, et artus, et truncus, et ipsa demum facies, quin adeo interna genitalium superficies cum sat magno verendorum rubore, tumore, pruritu, ac urinae ardore, exposito jam satis exanthemate (post tertium jam diem, sine reliquis, si modo subtilissimas in crure primum affecto farinas excipiam, in cute squamis dissipando) amoene florerent.

Ut vero morbi hucusque descripti indolem, affinitates cum aliis, nec minus differentias, breviter hic indicem, necesse est.

Si speciem formamque exanthematis externam considerem: cum *morbillis* hae non parum conspirant, atque dum non paucae istorum *bis* eodem in homine observatorum historiae tradantur; vix dubium mihi superest, exanthema, hic descriptum, pro ipsis *morbillis* scriptoribus imposuisse hinc inde.

Multum certe abest, quin propria morbillis symptomata, cum illis, quae nostro sub exanthemate comparent, conveniant. Vix etenim vel mitissima morbillorum species aut sine praevio symptomatum catarrhalium apparatu, — aut tam prompte, et jam primo in omnibus die, ad cutem prorumpit, atque tam brevi temporis intervallo in totum absolvitur: ut trium fere spatio dierum, tam eo in casu, quo febris haud adest, quam in illo, cui ista sat vegetum se comitem sistit, res omnis, sorte prorsus aequali, decurrat.

currat. Nec unquam in morbillis, vel coryza, raucedo et tussis prorsus desunt; vel lacrymarum calidarum non subintrat profluvium. Sternutationem quidem frequentem, juvenis, cujus historiam exposui, patiebatur; sed ille, tum, sanissimus cum esset, ex causa leviori, in plurimas sternutationes prorumpere consueverat; tum sat multos ante annos, meis quidem sub oculis, morbillos jam absolverat legitimos, validaque satis febre stipatos. Prima vero aegrota, licet febre haud multum minore laborasset, nec minimum catarrhalis affectionis signum exhibuit. Nec certe solis adeo, inter exanthemata, morbillis est propria sternutatio, ut non et ipsis variolis indicio fuisse observaverim, ac ut non sub quavis faciei, extensa per nares, phlogosi, excitetur haec corporis convulsiva, ex stimulo nervorum nasalium, concussio. Hoc vero quam maxime notari meretur, quod sub frequente licet sternutatione, hic ipse tamen juvenis nec acris ex naribus humoris stillicidium, nec illarum continuo emungendarum necessitatem, ut in ipsis morbillis, non aliter quam in coryza, fieri solet, expertus sit. Quamvis vero post morbillosum exanthema epidermidis non in quavis epidemia apud omnes observetur separatio; vix tamen cum intensior in cute phlogosis praeivit, ac certe non in omnibus, haec deest desquamatio, et saltem catarrhalium pars magna symptomatum diutius a morbillis perseverat.

Quodsi ad *morbillos* descriptum exanthema revocari non potest; an forsitan *scarlatinae* sit soboles, videndum est. Hoc quidem, veteribus haud satis perspectum, exanthematis genus, etsi violentis hinc inde symptomatis stipatum incedat; levissimum tamen persaepe, et qui vix lectulo aegrotantem affigat, morbum constituit. Est adeo, ubi hic, qui aliàs modo rubris, iisque vel separatis, vel mox inter se confluentibus maculis cutem tingit et exurit,

aspre-

asperdine *miliformi* hanc ipsam obducat, vel pustulis defoedet. Nec minus posset conspectus aliquando post absolutum, de quo loquor, exanthema, sub cute hydrops, de majore illius cum *scarlatina* affinitate testari.

Ast vero, vel mitissimae *scarlatinae* longius est, quam descripti exanthematis curriculum. Quamvis autem illius prima jam die in cute comparentis exempla non desint; vix tamen haec alio quam in gravissimo ac pleno periculis morbo, adnotata fuerunt; nec suam, modo unius aut, ad summum, alterius spatio nychthemeri, sedem in pelle, sine aucta symptomatum saevitie, quin sub totius adeo morbi solutione *scarlatina* relinquit. Verum est non in quovis aegroto, absoluto scarlatinae morbo, epidermidem secedere: sed in plurimis haec utique secedit: in descripto vero a nobis exanthemate, nec ulli aegrotantium, vel mitissimo, vel paulo graviori a morbo, a cute secessit. Maxima vero *scarlatinam* inter ac descriptum exanthema differentia in eo intercedit: quod maculae cutis, in illa constantes, in isto protinus defuerint; ac omnis in pelle, non tum coccineus, rubor, ex papularum innumerarum magis halonibus sibi vicinis, quam ex praevia pustulis phlogosi cutanea, originem petierit. Quodsi anasarca aliquando hoc ab exanthemate secutum esse dicatur; illud certe *scarlatinam* frequentius quam aliud quodcunque exanthema subsequitur. Interim in nullo ex meis quidem aegrotis, licet aëri liberiori quamprimum a morbo absoluto expositis, hydrops successit; atque vel post ipsa miliaria, post morbillos, quin post parotideam, ut vocant, cynanchen, interdum hydrops convalescentiae sub statu observatur.

Superest, ut descripti exanthematis a *miliaribus* nunc eruam differentiam. Atqui cum utrumque exanthema et forma et magnitudine papularum sat bene conspiret; cum

rubris

rubris vero, ut vocant, *miliaribus* et coloris similitudinem obtineant; — cum denique miliaribus, antequam ad cutem prorumpant, tam communis ille anxietatis in praecordiis sensus non minus ac surae constrictio spasmodica in uno ex aegrotantibus successerint; facile quis *miliarium*, inprimis *rubrorum* ad genus, hoc ipsum, de quo referimus exanthema retulerit.

Ast vero, tam citissima et aequali fere modo apud omnes facta exanthematis expulsio, quam major illius ad faciem, qua miliaria sat raro efflorescere solent, copia, — sudoris, acidum olentis defectus, — progressus morbi celerrimus, ad quartam vix diem extensus, — solida pustularum vel quovis liquido carentium indoles, — earundem positio, congeries, constansque rubor, — ac demum aequalis apud singulos aegrotos epidermidis ab exanthemate absoluto integritas, quam longe hoc ipsum a *miliaribus* distet, abunde demonstrant.

Novum certe hoc morbi genus non est; sed ab aliis exanthematum speciebus, cum quibus habitu externo aliqualem similitudinem ostendit, non satis hucusque distinctum, et cum morbillis, ut monui, interdum, sed maxime cum exanthemate miliari, frequenter confusum. Hoc nempe in *rubrum*, *albumque* a scholis divisum fuit; ac utramque varietatem, quod saltem de *albis miliaribus* inconsiderate asseretur, *Purpuram* dixerunt. Vel ea ipsa, quae rubro colore, dum e cute propullulat, nitet, pustula miliaris, mox albescentem, aut alium, diversum certe rubro, colorem consequitur; et quam *albam*, *crystallinam* vocarunt: ea vel seroso, pellucente, vel puriformi, fere lacteo liquore repletam, nunc subrotundam, nunc fere conicam, ac asperam, — interdum vacuam quovis humore, vesiculam efformat, ac nascens, coccineo subinde, sed brevi

brevi mora interituro halone ornatur. Illud vero quod hic considerandum offerimus, exanthema, quo primum colore, qua sub forma et soliditate in cute comparuit: his, donec ex ista dispareat, constanter florescit; nec, vel omni ex parte, vel in apice, mox plenam seroso aut puriformi liquore vesiculam constituit.

Sub tanta igitur exanthematis descripti, ab illis, quae primo aspectu cum eodem convenire videntur, differentia, suus huic morbo, inter alia et acuta pellis vitia, locus, nomenque suum tribuenda sunt. Hinc *Purpurae* illud, quod rubris hucusque miliaribus impositum fuit, et quo, vesiculosum hoc et inconstantis rubedinis exanthema indignum censendum est, huic nostro, majori cum jure, imponimus; atque hunc ipsum cutis morbum secundo exanthematum, quae *scabra* vocavimus *), ordini, proprium exanthematum ut genus, credimus subjugandum. Quodsi benignam mihi semper exanthematis allati indolem hucusque observare licuerit, dubium tamen superesse haud potest, hanc ipsam, febri, cum qua constanter incessit, inflammatoriae nempe indolis, mitissimae benignitatem deberi; et ut majores inter morbos censeatur, vix aliud, quam infaustam febris nervosae societatem, ac temporis, quo subintret, vel corporis quod invadat, iniquam constitutionem, quod de exanthematis affectionibus in genere dicendum est, requiri.

Ad Vos nunc me converto, egregii Viri juvenes PAULE DELLA PORTA, CAROLE BINDA, Mediolanenses, — LADISLAE ROBOLOTTI, Cremonensis, et JACOBE SOLFARINI, Mantuane! Academicum hodie sudorem abstergite, ac lauream, qui metam cursu animi et industriae

*) De curandis hominum morbis epitome. Lib. III. De exanthematibus.

dustriae singulari attigistis, accipite! *Pileus* hic illam significat; sub isto, civicam Vobis coronam, benefaciendo, mereamini! . . . *Annulus* hic, dignitatis ad Vos hodie collatae signum, Vos ubique admoneat, in sola virtute, ac indefesso miseris auxilium ferendi studio, Medicorum nobilitatem esse quaerendam! *librum* Vobis aperio, — si aliter natura loquatur, certiorque experientia, — hunc claudite! ad ultimum Vos amplexum compello! felices, nostrique memores, discedite!

DE

VARIOLIS, VARICELLA, VACCINA ET VARIOLA TRUNCATA.

Introductio.

Observator variolarum et varicellae ante vaccinae inventum [1]); testis insitionis antiquae [2]); actor negotii vaccinationis [3]), spectatorque variolarum

1) Ab anno 1791, quo lauream medicam in C. Universitate Ticinensi obtinui, usque ad annum 1796, quo illi ut professor interimalis valedixi, variolas nonnisi sporadice, varicellam autem semel epidemicam (a. 1793) conspexi. Postea medicus primarius nosocomii civici universalis Vindobonae constitutus, praeter innumeros casus variolae sporadicae, saevam epidemiam ejusdem morbi, quae circa finem seculi decimi octavi grassata est, observavi.

2) Pater meus ad Stollii exemplum, in nosocomio civico universali Vindobonensi ab a. 1795. usque ad annum 1799. quovis mense Septembri variolas multis infantibus, coram discipulis inserere erat solitus. Hac opportunitate nactus sum, insertionis negotium prope observandi.

3) Scriptis quidem, si fragmenta ad historiam vaccinae pertinentia excipiam (Joseph Frank's *Reise nach Paris, London* etc. *Th.* 1. p. 272.), rem vaccinae minime locupletavi, at operâ. Cujus rei testimonium luculentum *Institutum vaccinae*, quod a. 1808. Vilnae stabilivi, largitur. (*Discours prononcé lors de l'installation de l'Institut de vaccination de Vilna le* 17. *Mai* 1808, *jour anniversaire de la naissance du docteur* Edouard Jenner. *Par* Joseph Frank. *Vilna* 1808). Nec conamina mea, negotium vaccinae promovendi Eduardum Jennerum latuerunt, utpote qui mihi

larum et varicellae recentis aevi, tam in vaccinatis, quam in aliis [4]); nos ad doctrinam de *variolis*, *vaccina*, *varicella* et *variola truncata*, tot separatis capitibus tradendam, non illotis, ut dicunt, manibus accingimus.

Caput IV.

De variolis.

§. XVII.

Definitio. Historia. Literatura.

Definitio. 1. *Variolae* [1]) exanthema contagiosum sistunt, quod praeviis febre, nausea, vomitu, dolore

capsulam nicotianae servandae dicatam, ut praemium laboris peracti et amicitiae pignus, transmisit, quo dono, ni fallor, duntaxat coryphaei vaccinae Doctor DE CARRO, in Austria, et Dr. WALTERHOOSE, in America, gloriari possunt. Tandem ad magis magisque firmandam opinionem publicam respectu vaccinae, Caesareae societati medicae Vilnensi, proposui, ut diem natalem JENNERI septuagesimum publice celebraret. Festum hoc revera die 17. Maji n. St. a. 1820. *Hrybiszkii* prope Vilnam, modo in diario: *Kurier Litewski* No. 56. ejusdem anni descripto, locum obtinuit.

4) Conamina variolarum sese instar morborum epidemicorum extendendi, mihi Vilnae a. 1809—10, 1815—17, et 1820—21, obvenerunt, quibus ultimis annis et varicella late grassabatur.

1) GERM. *Blattern; Pocken; Kinderblattern; Kinder-*

lore epigastrii et lumborum, tertio quartove morbi die, ad faciem aliaque cutis loca, sub forma macularum rubrarum in medio nodulo subduro praeditarum, prorumpit, ac spatio octo dierum in pustulas, quae crustis deinde cooperiuntur, abit, relictis pro tempore maculis, saepeque indelebilibus foveis, ac non raro vitiis systematis lymphatici, sensuum aliarumque partium.

2. Variolarum *historia* permultis locum dedit disquisitionibus [2]. Alii [3]) morbi vestigia olfecerunt Historia.

pocken; Urschlechten. Belg. *Kinderziekte; Kinderpokies; Pokken; Pokjes; Blaaren; Bladers; Bladders.* Dan. *Kopper; Kopperfever; Bornekopper.* Suec. *Koppor; Barnekoppor; Smäkoppor.* Island. *Bólvsótt.* Angl. *Small-pox.* Gall. *Petite-vérole; Fièvre Variolique; Variole.* Ital. *Vajuolo; Vajuole: Varole.* Hisp. *Viruela.* Lusit. *Bexigas.* Ross. Оспа. Polon. *Ospa.* Arab. *Bothor.*

2) Fuchsius apud Mercurial. de puerorum morbis. I. 2. p. 29. — W. Clinch *historical essay on the rise and progress of the small-pox. London* 1724. 8. — De Hahn variolarum antiquitates, nunc primum e Graecis erutae. Brigae 1733. 4. — Ejusd. carbo pestilens a carbunculis seu variolis veterum distinctus; acc. Trilleri epistolae. Uratislav. 1736. 4. — Trillerus epistolae duae de anthracibus et variolis veterum. Vratislav. 1736. — Reiskius diss. observat. miscell. med. ex Arabibus monumentis. Lugd. Batav. 1746. Obs. 1. p. 9. — Disp. med. generis historici de variolis. Curiae 1763. — H. A. Wrisberg *Beytrag zur Pockengeschichte. Th.* 1. *Götting.* 1770. — Gruner diss. variolarum antiquitates ab Arabibus solis repe-

fecerunt apud antiquos [4]), primosque aeris Christianae

tendae. Jenae 1773. Ejusd. programmata et fragmenta medicorum Arabum et Graecorum de variolis. Jenae 1790. — Greding epistolae quaedam de primis variolarum initiis, earumque contagione admodum virulenta. Lips. 1781. — Tode programma de variolarum antiquitatibus ex Arabum monumentis. Hafn. 1782. Ejusd. Progr. de variolarum origine. Ibid. 1782. — Brillovet *sur l'origine de la petite vérole.* (Sedillot *rec. périodique de la soc. de médecine de Paris. T.* 57. p. 189.). — A. J. G. C. Betsch fragmenta medicorum Arabum et Graecorum de variolis. Jenae 1786. 4. — Paulet *mémoire pour servir à la suite de la petite vérole. Paris* 1786. — Chr. Fr. Elsner *ein paar Worte über die Pocken u. s. w. Königsberg* 1787. — Schaufus *neueste Entdeckungen über das Vaterland und die Verbreitung der Pocken und der Lustseuche. Leipzig* 1805. — Moore *history of small-pox. London* 1815. — *An inquiry into the antiquity of the small-pox, measles and scarlat fever,* in: *Miscellaneous works of the late* Rob. Willan, *ed. by* Ashby Smith. *Lond.* 1821. — G. Sachs analecta ad variolarum origines spectantia. Regiom. 1823. — C. Fr. Th. Krause *über das Alter der Menschenpocken und anderer exanthematischer Krankheiten, historisch-kritische Untersuchung. Hannover* 1825.

3) Menardus epist. med. VII. p. 137. — Fracastorius de morbis contagiosis. II. 2. p. 115. edit. Venet. — Hahn l. c. — Trillerus l. c. — Plenciz, in: opp. phys. med. Tr. II. c. 1. §. 9. p. 27. — C. Fr. Bateman *practical synopsis of cutaneous diseases. Lond.* 1814. p. 63—66. — Th. Krause l. c.

stianae scriptores [5]), alii [6]) ejusdem origines a so-

 lis

4) AMOS IV. 5. — JEREMIAS XLII. 17. Ps. LXXVIII. 50. — II. Reg. XIX. 35. 2. — SAM. XXIV. 15. — JESAIAS XXXVII. 36. — EZECH. V. 12. VI. 11. — Deuteronom. XXVIII. 27. 35. — HIPPOCRATES opp. omnia. ed. van der Linden. Lugd. Bat. 1655. T. II. p. 36. 44. De morbis. L. II. 2. 13. Coac. praenotiones. I. 163. p. 530. Epid. L. III. Sect. 3. p. 722. 725. Epid. L. IV. Sect. 11. p. 750. Epid. L. VI. Sect. 1. 8. Aph. Sect. III. 20. p. 80. — THUCYDIDES de bello Peloponnesiaco ex ed. Gottleberi et Bauteri. Lips. 1790. Lib. II. c. 47—54. — DIONYSIUS AB HALICARNASSO hist. rom. Lib. IV. c. 169. — VIRGILIUS Georgicon. L. III. 474 seq. — DIODORUS SICULUS biblioth. hist. Amstelod. 1745. L. XIV. cap. 70—72. — PHILO opp. omnia. Francof. 1691. p. 622. — RUFUS vid. AETII tetrabibl. L. II. Serm. 1. c. 95. (Ven. apud Aldum. 1534. fol. 91.). — HERODOTUS vide AETIUM l. c. L. II. Serm. 1. c. 129. fol. 96. — GALENUS de praesag. ex pulsibus. L. II. c. 4. De simpl. med. facultatibus. L. IX. De terra Samia. In Lib. VI. Epidem. Hippocr. Comment. I. aph. 29. Methodus med. L. V. c. 12. De atra bile. c. 4. De compositione medicamentorum. p. gener. L. V. c. 15. L. de usu Theriacae ad Pamphilianum. — DIO CASSIUS hist. rom. ex ed. Fabricii et Reimari. Hamb. 1752. ed. nov. STURZII. Lips. 1826. L. LXXII. c. 14.

5) EUSEBIUS hist. ecclesiast. ed. Stroth. Hal. 1779. L. VII. c. 21. 22. — CEDRENUS compend. historiarum. Paris. 1647. T. 1. p. 267. — NICEPHORUS CALLISTUS hist. eccles. Lut. Paris. 1630. L. VII. c. 28. — MAR. Aventicensis Episc. Chronic. in Bouquet recueil. T. II. p. 18. — GREGORIUS de miraculis St. Martini. L.

lis Arabibus repetierunt. Istorum amplectimur opinionem: Si enim antiqui variolas cognovissent, eas sane instar reliquorum morborum adeo clare descripsissent, ut modo disceptationibus locus minime foret. Constat praeterea quodvis aevum suos agnoscere morbos, et hodiedum adhuc exstare regiones, in quas variolae haud dudum irruere 7). In ea versamur itaque opinione, variolas (forte a temporibus immemorabilibus, in *India* 8),

III. c. 34. — PROCOP. de bello Persico; ed. Claud. Maltret. Paris. 1662. L. II. c. 22. et MASUDI v. REISKE l. c. — MIRAC S. GENULPHI in Boll. act. Scotor. Jan. T. II. p. 107.

6) LISTERUS tract. de variolis. Genev. 1696. — SIDOBRE de variolis et morbillis. Lugd. Bat. 1702. c. 7. — STAHL diss. de variolis et morbillis. Halae 1789. — MARESCOTTI tract. de variolis 1723. — MEAD l. c. de variolis et morbillis. p. 2. in opp. med. T. I. — WERLHOF l. c. §. 2. p. 3. — SWIETEN commentar. in BOERHAVII aphorismos. T. V. — PAULET l. c. — GRUNER l. c. — C. SPRENGEL *Versuch einer pragmatischen Geschichte der Arzneykunde. Leipz.* 1792. *B.* 2. p. 286—291.

7) Communi admittitur consensu, Americam, ante Europaeorum adventum, a variolis immunem fuisse. Plurimae regiones septentrionales Imperii Rossici eâdem diu felicitate gavisae sunt, testante GMELIN (*Reise durch Sibirien.* Praefat.). „*In van Diemens Land ist noch jetzt die Pockenkrankheit völlig unbekannt.*" (HUFELAND in: *Journ. der pract. Heilk.* 1825. *Oct.* p. 7.).

India [8]), *China* [9]), *Aethiopia* [10]), exstantes) ex Aegypto interioribusque Arabiae locis, a Saracenis sub finem tantummodo seculi XI et sequentis initium in Hispaniam perlatas fuisse et ex Hispania rapidissime reliquam Europam percurrisse. Forte bella quoque sacra ad variolarum propagationem concurrere [11]).

3. *Literatura variolarum*, completum utpote per se librum efficientem [12]), nemo a nobis expectabit. Sufficiat meminisse, primum de hoc morbo scriptorem RHAZEN [13]) esse; praecipuas illius epidemias descriptas fuisse a G. HORST [14]), BOHN [15]), TH BARTHOLINO [16]), CH. F. GARMANN [17]), Literatura.

8) SONNERAT *voyage aux Indes orientales.* — BALDAEUS *Beschreibung von Ostindien.* — MOORE l. c.

9) *Medical essays and observations publ. by the society in Edinb. Vol. I.* 1747. p. 285.

10) MEAD l. c.

11) DIMSDALE'S *Schriften über die Einpfropfung der Blattern in England. Leipzig* 1782. p. 307.

12) JOH. KRÜNITZ *Verzeichniss der vornehmsten Schriften über Kinderpocken. Leipzig* 1768. 8. — FRANZ OLBERG *Beytrag zur Literatur der Blattern und deren Einimpfung. Halle* 1791. 8.

13) De variolis et morbillis ex Arabico latine redditus, quem RICHARD MEAD recudi curavit. Op. med. ed. Neap.

14) *Bericht von Kinderblattern und Masern. Giessen* 1621. 8. Et opera. T. II. p. 309.

15) Diss. de variolis hactenus in patria grassantibus. Lips. 1629.

MANN [17]), C. B. BEHRENS [18]), FR. HOFFMANN [19]), FR. BÜTTNER [20]), JO. HUXHAM [21]), T. FREWEN [22]), GOHL [23]), DETHARDING [24]), G. H. KANNEGIESSER [25]), A. HOFFARTH [26]), J. H. FÜRSTENAU [27]), GERI-

16) De variolis hujus anni epidemicis. Havniae 1656. 4.

17) De singularibus quibusdam in *variolis* et morbillis epidemiis; cum addendis ROS. LENTILII. (Miscell. acad. nat. cur. dec. I. a. 3. 1672. p. 378. a. 4 et 5. 1673 et 1674. p. 302. Dec. 3. a. 5 et 6. 1697 et 1698. Append. p. 127.).

18) Epistola de variolis epidemicis anni 1695. (Ibidem. Dec. 3. a. 3. 1695 et 1696. Append. p. 19.).

19) Dissertatio, historia variolarum epidemice Halae grassantium. Halae 1699.

20) Variolarum malignarum Francofurti ad Moenum a. 1723, cum magna infantum strage grassantium descriptio, earumque tractandi et curandi observata methodus. (Acta acad. nat. curios. Vol. 1. p. 560.).

21) *A short account of the anomalous small-pox, beginning at Plymouth in August* 1724. *and continuing to the month of June* 1725. (*Philos. transact. y.* 1725. p. 379.).

22) *Letter, giving an account of the town of Hastings, after id had been visited by the small-pox.* (Ibid. *y.* 1731. p. 108.).

23) Historia variolarum a. 1730. per familiam numerosae prolis grassantium. v. Med. prax. p. 440.

24) Diss. de peste variolosa in Grönlandia. Hafniae 1739. 4.

25) Observata quaedam singularia circa variolas, anno 1740. in Holsatia epidemice grassantes. (Acta acad. nat. cur. Vol. 7. p. 36.).

Gerike [28]), J. A. de Carasa [29]), W. H. S. Buchholz [30]), G. Lund [31]), de Man [32]), M. Sagar [33]), P. J. Bergius [34]), F. Asti [35]), J. de Pereira [36]), C. J. T. de Meza [37]), J. Fr. Hildebrand [38]),

C. W.

26) Diss. variolarum Vratislaviae a. 1740. epidemice grassantium consideratio. Lips. 1742.

27) Variolae Rintelii epidemicae anno 1744. (Acta acad. nat. cur. Vol. 8. p. 270.).

28) Diss. de variolis anno hoc 1746, praesertim Helmstadii grassantibus. Helmst. 1746.

29) *Observaciones sobre la epidemia di viruelas que se padecio en Azcoytia los años* 1762 *y* 1763. (*Ensayo de la Soc. Bascongada. a.* 1766. *p.* 338.).

30) Historia variolarum, quae Vinariae epidemice grassabantur a mense Julio 1767. usque ad finem Febr. 1768. (Nova acta acad. nat. curios. T. IV. p. 172.).

31) *Bemerkungen über Blut-Blattern bey der Blatter-Seuche in Stockholm im Jahr* 1760 *und* 1761. (*Schwedische akad. Abhandl. J.* 1770. p. 31.).

32) *Schriftelyk Rapport aangaande de grassierende Ziekte te Maurik-Nymwega* 1771. 8.

33) De variolis Iglaviensibus anni 1766. Lipsiae 1773.

34) *Anmerkungen bey Gelegenheit der letzten Blattern-epidemie* (1783). (*Neue Schwedische Abhandlungen: J.* 1784. *p.* 135.).

35) *Memoria sul vajuolo popolarmente vagato nella città e provincia di Mantova. Fiorenza* 1785.

36) In: *Memor. acad. de la R. Soc. de Sevilla. T. V. p.* 51.

37) Descriptio variolarum epidemicarum anno 1786. Helsingorae grassantium. (Acta reg. soc. med. Hafniensis. Vol. III. p. 62.).

C. W. Hufeland [39]), J. Mumsen [40]), K. G. H. Erxleben [41]), J. M. Plinta [42]), Ch. Reich [43]), A. Wegelin [44]), F. B. Blin [45]), Dintsch [46]), J. P. Graffenauer [47]), F. J. Double [48]), A. Prata [49]), Bru-

38) *Bemerkungen und Beobachtungen über die Pocken in der Epidemie* 1787. *Braunschweig* 1787.

39) *Bemerkungen über die natürlichen und geimpften Blattern zu Weimar im J.* 1788. *Leipz.* 1789.

40) Observatio de contagione variolosa anni 1790. (Acta reg. soc. med. Hafniensis. Vol. III. p. 194.).

41) Diss. epidemiae variolarum Goettingae grassatae 1792 descriptio. Goett. 1792.

42) Diss. hist. epidemiae variolosae Erlangensis anni 1790. Erlang. 1792.

43) Diss. sistens brevem epidemiae variolosae Arzbergensis anni 1791. delineationem. Erlang. 1793.

44) *Von der bösartigen Pockenepidemie, welche im Jahre* 1796. *in St. Gallen geherrscht hat.* (*Museum der Heilkunde. B.* 4. *St.* 313.).

45) Observationes de variolis a. 1800. epidemice grassantibus. Jenae 1801.

46) *Quelques remarques sur l'épidémie varioleuse qui a regné à Nantes en l'an* 6. (Sedillot *rec. périod. de la Soc. de santé de Paris. T.* 6. p. 426.).

47) *Observations sur l'épidémie variolique, qui a regné à Strasbourg* etc. 1802. (*Journ. général de médecine. T.* 20. p. 129.).

48) *Rapport et reflexions sur* J. P. Graffenauer *observations sur l'épidémie variolique qui a regné à Strasbourg dans les années X et XI.* (Sedillot *rec. périodique de la soc. de santé de Paris. T.* 20. p. 129.).

49) *Lettera del vajuolo naturale nell' anno* 1804. *nella*

Bruel [50]), A. Matthey [51]), Boissiere [52]), J. A. Elsässer [53]) etc. [54]), potioribusque de variolis monographiis adscribenda esse opera F. Bellinger [55]), Th. Lobb [56]), Helvetii [57]), W. Hilary [58]), Oberkamp [59]), R. Mead [60]), J. G. de Hahn [61]),

commune di Mezzana Biglia. (*Giornale della società med. chirurg. di Parma. Vol.* 7. p. 76.).

50) Diss. historia variolarum, quae sub initio anni 1807. Helmstadii epidemice vagabantur. Helmst. 1807.

51) *Mémoire sur l'épidémie de la petite-vérole et de la vérole volante, qui a regné à Génève dans l'année* 1808. (*Annales de la Soc. de médecine de Montpellier. T.* 18. p. 34.).

52) *Observations sur l'épidémie variolique survenue dans St. Hippolyte et ses environs en Juin* 1809; *comparée avec la petite vérole sporadique, qui regna dans la commune de Sauve en* 1806; *et observations sur la vaccine.* (Ibid. *T.* 22. p. 136.).

53) *Beschreibung der Menschenpockenseuche, welche* 1814 — 1817 *im Königreiche Würtemberg* geherrscht *hat. Stuttgard* 1820.

54) Blin, in: *Récueil de la soc. de médecine de Paris. No.* 36. — De la Buxière, in: *Journ. de médecine. T.* 9. p. 81. — Gebel, in: *Archiv der pract. Heilkunde für Schlesien. B.* 2. *St.* 4. *No.* 1.

55) *Treatise concerning the small-pox. London* 1721.

56) *A treatise on the small-pox. London* 1731.

57) *Idée générale et observations sur la petite vérole. Lyon* 1727.

58) *Rational and mechanical essay on the small-pox. Lond.* 1735.

59) Variolarum praeprimis malignarum ratio et curatio. Wirceburg. 1746.

HAHN [61]), STORCH [62]), THOMPSON [63]), TRALLES [64]), TISSOT [65]), FORDYCE [66]), SWIETEN [67]), M. SARCONE [68]), W. BAYLIES [69]), A. DE HAEN [70]), TH. BLAK [71]), C. ROE [72]), ROUSSEL [73]), J. A. UNZER [74]), R. WALKER [75]), ORLANDI [76]), PH. F. HOPFEN-

60) De variolis et morbillis. Lond. 1747.

61) Variolarum ratio exposita. Uratislav. 1751. 4.

62) *Abhandlung von den Blatterkrankheiten. Eisenach* 1753.

63) *An inquiry into the origin, nature and cure of small-pox. Lond.* 1752.

64) De methodo medendi variolis hactenus cognita, saepe insufficiente, magno pro inoculatione argumento.

65) Epistola ad HALLERUM de variolis. Lausannae 1761.

66) In: *Transactions of a society for medical and chirurgical knowledge. I. No.* 1.

67) *Abhandlung von den Blattern. Francf.* 1770. Et: Comment. in H. BOERHAAVE aphorismos de cognoscendis et curandis morbis. Hildeburghausae 1773. T. V. p. 1—152.

68) *Del contagio del vajuolo e della necessità di tentarne l'estirpazione. Nap.* 1770.

69) *Kurze Sätze über die Pocken zur Erforschung der wahren Natur dieser Krankheit. Stettin* 1775. 8.

70) *Abhandlung von der sichersten Heilungsart der natürlichen Pocken. Wien* 1775. 8.

71) *Observations medical and political on the small-pox. London* 1781.

72) *Treatise on the natural small-pox. London* 1780.

73) *Recherches sur la petite vérole. Paris* 1783.

74) *Abhandlung von den Pocken. Halberstadt* 1782. 8.

75) *Untersuchung der Pocken in medicinischer und politischer Hinsicht. Leipzig* 1791.

Hopfengärtner [77]), J. H. Obertäufer [78]), Dessartz [79]), Suasso [80]) aliorumque infra *) citandorum. Accedunt praeter dissertationes jam alibi allatas [81]) adhuc permultae aliae [82]).

§. XVIII.

76) De vero variolarum cursu et de propria eas curandi methodo. Romae 1792.

77) *Beobachtungen und Untersuchungen über die Pockenkrankheit. Stuttgard* 1799. 8.

78) *Medicinisch-diätetischer Unterricht über die Natur, Behandlung und Erleichterungsart der Pocken. St. Gallen* 1800.

79) In: *Institut national de France, sciences physiques et mathématiques. T. III. Mémoires.* p. 128 et 165.

80) Morborum exanthematicorum descriptiones, tabularum forma ordinatae: specimen, variolarum atque vaccinarum decursum et curationem exhibens. Amstelodami 1809.

*) Cap. VII. §. XXVII. No. 2.

81) Cfr. Diss. simul de variolis et morbillis agentes.

82) Bokel diss. de variolis. Helmst. 1591. — Bruno diss. de variolis. Lips. 1592. — Gillenius diss. de variolis. Marp. 1631. — Clifton diss. de distinctis et confluentibus variolis. Leidae 1642. — Elsworth diss. de variolis. Lugd. Bat. 1667. — Hünerwolff diss. de variolis. Giess. 1669. — Th. Sydenham diss. epistolaris ad Cl. Virum Cole, de observationibus nuperis circa curationem variolarum confluentium. Genevae 1684. 12. — Gelstrope diss. de variolis. Ultraj. 1687. — Francus de Frankenau diss. de variolis. Wittenberg. 1692. — Geilfus diss. de variolis. Giess. 1696. — Mango diss. de affectus variolosi natura et cura. Rintel. 1698. — Gudenius diss. de variolis. Ultraj. 1699. — H. Meibomius diss. de

§. XVIII.

Symptomata. Necroscopia.

Monitum. 1. Ne descriptio curriculi morbi ab animadversionibus circa specialia symptomata formasque rario-

venaesectionis in curatione variolarum usu. Helmst. 1699. — ERDELY diss. de variolis. Vienn. 1700. — ETTMÜLLER diss. de variolis. Lugd. Bat. 1700. — SCHAPER diss. de variolis. Rostoch. 1701. — DE MAN diss. de variolis. Lugd. Bat. 1703. — PATER diss. de variolis. Marp. 1706. — BORST diss. de variolis. Lugd. Bat. 1707. — SILBERRAD diss. de variolis. Argent. 1710. — WEDEL diss. de praeservatione variolarum. Jenae 1711. — SIVEKE diss. de variolis. Lugd. Bat. 1714. — CAMERARIUS diss. de variolis. Tub. 1717. — EYSELIUS diss. de variolis. Erf. 1717. — PELERIN diss. de variolis. Lugd. Bat. 1719. — FISCHER diss. de variolis. Erfordiae 1720. — DE PRÉ diss. de parvulorum peste, variolis. Ibid. 1721. — WEDEL diss. de variolis. Jenae 1721. — COSCHWITZ diss. de variolis earumque differentia. Halae 1727. — DAILLY diss. de variolis. Lugd. Bat. 1728. — WOYT diss. de variolis, vulgo *von den Pocken.* Regiom. 1729. — KRETSCHMARUS diss. de genuina variolarum causa et cura. Lugd. Bat. 1730. — KLEIN diss. de variolis. Erf. 1732. — STAHL diss. de variolis. Erf. 1732. — SCHULZE diss. de variolis. Halae 1736. Ejusd. Diss. de variolis nuper quaesita aliqua expenduntur. Ibid. 1742. — FABBRI diss. de variolis. Florent. 1747. — WERNER diss. ad rationem variolarum ill. DE HAHN etc. Regiom. 1751. Ejusd. Pars dubiorum altera de variolis. Ibid. 1751. — GORDON diss. de variolis. Edimb. 1754. — VAN JUCHEN diss. de variolis atque actione miasmatis va-

rariores exanthematis perturbetur; istas animadver-

riolosi. Lugd. Bat. 1755. — MONCET *diss. sur la petite vérole. Paris* 1758. — F. G. BEER diss. de variolarum exstirpatione insitioni substituenda. Lips. 1762. — STRAUSS diss. de variolis. Giess. 1762. — GRAHAM diss. de variolis. Lugd. Bat. 1764. — GEFFRYS diss. de morbo varioloso. Ibid. 1766. — GANT diss. de variolis. Ibid. 1767. — SIGWART diss. de me ipso olim varioloso et morbilloso. Tub. 1768. — SLEVOGT diss. puella variolis magnis laborans. Jen. 1769. — RICHARDSON diss. de variolis. Edinb. 1770. — LEVADE diss. de variolis. Lugd. Bat. 1772. — TABOR diss. de variolis. Giess. 1776. — MACKNIGHT diss. de variolis 1777. — OTTO diss. de conciliandis medicis quoad variolas internas dissentientibus. Gotting. 1777. — NUNN diss. de variolarum periculo. Erf. 1780. — MAYER diss. de decursu variolarum naturalium et tutissima eas tractandi methodo. Fr. ad Viadr. 1780. — FERRIAR diss. de variola. Edinb. 1781. — COESS diss. de variolis. Frib. 1782. — VAN NES diss. de variolis. Ultraj. 1783. — TITON diss. de variolarum morbo. Argent. 1784. — LEFMANNS diss. de variola. Ultraj. 1785. — KEMPS diss. de variolis. Lugd. Bat. 1788. — HOFMEISTER diss. de crisi febris variolosae. Goett. 1700. — BARROW diss. de variolis. Edinb. 1791. — A CASTRO diss. de variolis. Ibid. 1793. — SCLEYER diss. morbi variolosi delineatio aphoristica. Regiom. 1763. — PARKER diss. de variolis. Edinb. 1794. — YOUNG diss. de variolis. Ibid. 1794. — DE COURCY diss. de variolis. Ibid. 1795. — PROUDFIT diss. de variola. Ibid. 1795. — PICKEL diss. de variolis. Herbipol. 1796. — AUTENRIETH epistola de dubia variolarum

versiones ad doctrinam diagnoseos emandamus, hîcque nonnisi variolarum generalem decursum, juxta varios morbi gradus exponimus.

V. mitis. 2. *Variola mitis* morositate, lassitudine, inquietudine et pavoribus sub somno ingruit. Facies alternatim rubore et pallore obducitur, ac horripilationes subsequente calore in conspectum veniunt. Aeger dolores capitis, colli, axillarum, dorsi, lumborum, artuum, potissimum vero regionis epigastricae, ab attactu hîc auctos accusat. Urgent praeterea nausea, vomituritio, ipseque vomitus. Ad noctem singula mala augentur, ac infantes facile stridore dentium, sopore, convulsionibus, adulti vero vigiliis, sudore specifice foetente, fauciumque siccitate laborant. Pulsus frequens et plerumque mollis. Urina turbida, albescens, subflava, furfuracea animadvertitur. Matu-

exstirpatione. Vittenberg. 1796. — NIBBS diss. de variola. Edinb. 1796. — MACARTNEY diss. de variolis. Ibid. 1796. — FORBES diss. de variol. Lugd. Bat. 1800. — RYAN diss. de variola. Edinb. 1800. — LEONHARDI diss. de exanthemate varioloso. Jenae 1806. — ANDRESSE diss. de variolis eundem hominem pluries infestantibus. Ibid. 1807. — GUÉRIN *diss. sur la variole. Paris* 1811. — FOUCARD *diss. sur la variole et son traitement suivie du parallèle de cette maladie avec la varicelle. Paris* 1815. — DESTOUCHES *diss. sur la variole. Paris* 1817. — BARTHEZ *essai sur la variole. Paris* 1819. — BROUILLARD *diss. sur la variole, ou petite vérole. Paris* 1819. — MABIT *essai sur la variole. Paris* 1820.

Matutino tempore quaedam symptomatum remissio, a nova exacerbatione mox secuta, occurrit, ac sic per triduum, donec quarto die, praevio cutis pruritu ac tensione, maculae rubrae, circulares, in medio nodulo profundius rubro, subduro instructae, primum ad faciem, praecipue circa labium superius, latera nasi et mentum, dein ad collum et pectus, ac tandem ad artus et truncum prorumpant. Absoluta sensim sensimque spatio duorum nychthemerorum universa eruptione, febris cum reliquis stadii invasionis symptomatibus evanescit. Interea plurimae ex variolis, ordine quo effloruerunt, ad basin dilatantur, halone rubro circumdantur, ac in apice vesiculâ, liquore limpido, mox vero turbido, ex flavo albescente repleta, ac foveolâ in medio praeditâ, instruuntur. Reliquae maculae, nullo relicto vestigio, disparent 1). Circa septimum et octavum morbi diem nova febris, *suppuratoria* dicta, accedit, sub qua cutis pustulis intermedia tenditur, intumescit ac rubet, unde facies, clausis palpebris oedematosis, horrendum saepe adspectum refert. Hoc tempore manifesta suppurationis indicia in variolis, halonem rubrum et foveam amittentibus, figuram hemisphaericam induentibus, pure albo, denso

1) Non tantum maculas, sed et pustulas absque noxa disparere, jure monuerunt Camper (De emolumentis insitionis variolarum. Gröning. 1774. in Baldinger's *Neuem Magazin.* B. 9. p. 213.).

denso repletis et specificum odorem exhalantibus, cernuntur. Decimo, saepissime vero undecimo morbi die, variolae secundum ordinem, quo suppurare inceperant, punctum obscurum in apice exhibent. Disrupta hîc epidermide, materia purulenta, mox ad superficiem in crustam convertenda, emanat. Ad crura et pedes, resorpto pure, plurimae variolae vacuae comparent. Interea febris et cutis tumor, si adfuerint, profligantur et crustae, amplioribus et densioribus exceptis, circa decimum quartum diem, ingruente convalescentia, decidunt.

V. gravior. 3. *Variola gravior* symptomata stadii invasionis, vehementi in gradu, cum frigore saepe conspicuo, magno subsequente aestu, sociisque pulsu pleno, duro, oculis rubentibus, fulgentibus, lacrymantibus, siti inexplebili [2]), lingua arida (interdum adeo tumida ut loquela impedita sit), alvo obstructa, urina rubra, epistaxi, et, apud adultos, salivatione [3]) fauciumque doloribus, exhibet. Immo, nonnulli symptomatibus encephalitidis et peripneumoniae laborant. Peracta, ut supra, eruptione, febris cum ceteris symptomatibus remittere, accedente vero stadio suppu-

2) W. A. Kellner sitis variolas comitantis importunissimae rarius exemplum. (Act. acad. nat. cur. Vol. 4. p. 451.).

3) Fickius diss. de salivatione spontanea, praecipue variolarum. Jenae 1713.

suppurationis iterum cum singulis aliis malis exasperari solet. Haud pauci hîc soporosi aut suffocati pereunt. Apud nonnullos febris in longum trahitur. Feliciores, praeviâ abundanti suppuratione, stadium exsiccationis et convalescentiam attingunt. Aliàs virium jactura, vomitus multus biliosus, diarrhoea foeculenta, secessus vermium; mature ingruunt; et variolae, quamvis debito tempore erumpant, attamen lente crescere, facile abnormes fieri, aegre ad maturitatem properare et frequenter cum peticulis societatem inire solent.

4. *Variola gravissima* ingenti virium prostratione et systematis nervosi labefactatione annunciatur. Rigor molestus scenam aperit, sequiturque calor intensus, cum oculis turbidis, lacrymantibus, vertigine, pulsu contracto, celeri, quandoque inaequali et lento, cute sicca, urina pallida, carotidum vibratione, doloribus spinae, epigastrii, lumborum, comate, delirio, anxietate, convulsionibus, tremoribus, lipothymiis, haemorrhagiis et fluxu dysenterico. Stadium invasionis aliquando vitae finem imponens, breve aut praeter modum protractum esse solet, ita ut eruptio vel primo, secundo, plerumque tertio morbi die, vel sexto [4]), locum inveniat. Contingit ea confestim et tumultuarie, praesertim ad faciem. Variolae adspectum pallidum aut violaceum referunt, V. gravissima.

nec

4) De Meza l. c. p. 69.
Frank Prax. I. 3. 1.

nec rubro ad basin halone circumdantur. Cutis acsi arenâ injectâ conspurcata esset, vel rubore erysipelaceo subfusa, vel peticulis, — ecchymomatibus et miliaribus simul obsessa, cernitur. Facta eruptione febris cum reliquis symptomatibus invalescit, ac aeger, animo demisso et abjecto decumbens, ptyalismum, frigus extremitatum, aliaque agonis imminentis indicia, exhibet. Qui undecimum diem attingunt, tentamen magis ad suppurationem, quam stadium suppurationis afferunt [5]. Pustulis sive sponte, sive scalptu ruptis, ichor, intolerabilem foetorem spargens, indusia, et lintea, cuti, saepe decubitu laboranti, agglutinans, ac in crustas bruneas, sive nigras desinens, effluit. Miser delirans ac stupidus aperto siccoque oris antro, aphthis saepe obducto, spiritum ducit, ac succensis quasi ignibus tostus, divaricatis cruribus decumbit, donec sub repetito saepe per urinam et alvum cruoris fluxu, aut superaccedentibus viscerum inflammationibus, inter diem decimum sextum et vigesimum vel fatum supremum, vel secessum crustarum, relictâ cute erosâ, carnisque crudae instar cruentâ, experiatur.

Necroscopia.

5. Medici in secandis cadaveribus variolosis, non

5) W. G. Ploucquet variolae sero suppurantes. (Nova acta acad. nat. cur. Vol. VII. p. 130.). — Jo. Schmid de variolis post decimum diem demum suppuratis, cum addendis Ros. Lentilii (Misc. acad. nat. cur dec. I. a. 8. 1677. p. 141.).

non obstante horum rapida putredine [6]), non fuere segnes [7]). Variolas *internas*, a nobis nunquam compertas, cum aphthis facile confundendas [8]), ac ab HALLERO [9]) aliisque [10]) negatas non solum ad viscera (oesophagum, ventriculum, intestina [11]), omentum [12])) sed et ad ossa obvenire contendunt MEAD [13]), FERNELIUS [14]), HORSTIUS [15]), BALLONIUS [16]), ROD. A CASTRO [17]), KERKRINGIUS [18])

6) CHR. M. ADOLPHI de subito foetore putredinoso in juvenis variolis exstincti cadavere (Ephem. acad. nat. cur. cent. 5 et 6. p. 30.).

7) BARTHOLINUS hist. anatom. hist 4. cent. 43. — TH. ZWINGER anatome pueri variolis malignis extincti. (Misc. acad. nat. cur. dec. II. a. 9. 1640. p. 396.). — D. FISCHER anatomia pueri variolis extincti. (Eph. acad. nat. cur. dec. IX et X. p. 136.). — BUSSERIUS diss. sistens historiam morbi et cadaveris variolosi. v. MORGAGNI de sedibus et causis morborum. Ep. XLIX. art. 33. — C. G. BEUSSER et J. T. FABER diss. sistens historiam morbi et sect. cadaveris, variolis confluentibus defuncti, cum epicrisi. Heidelberg. 1731. v. HALLER collect. disp. T. V. No. 179.

8) COTUNNI de sedibus variolarum syntagma. Nap. et Bologn. 1757. 8. p. 37.

9) Opusc. patholog. p. 122.

10) COTUNNI l. c. p. 87. — LENTILIUS eteodrom. p. 153.

11) BRENDEL observat. anatom. dec. I. Wittemb. 1717.

12) Ephem. nat. cur. dec. II. a. 3. obs. 168.

13) Op. c. p. 323.

14) De abditis rerum caussis. L. II. c. 12.

15) Obs. anatom. 9. 16) Epid. et ephem. L. II. p. 207.

GIUS [18]) etc., quorum testimonia docte collegit OTTO [19]). Saepissime deteguntur: inflammationes cerebri [20]), laryngis et tracheae cum pseudomembranis [21]); item pulmonum [22]), praecipue, ut pluries observavimus, bronchiorum; serum extravasatum in cavitatibus pleurae [23]) (membranâ hac quoque inflammatâ [24])), phlogoses parietum cordis, arteriarum et venarum [25]), nec non intestina admodum lacerabilia [26]).

§. XIX.

17) De universa morborum medicina. Lib. III. c. 16.

18) Obs. anatom. 62.

19) De sede variolarum non in sola cute. Erlang. 1758. p. 28. 30. Cfr. HILSCHER diss. an in variolis etiam interna viscera pustulis contaminentur. Jenae 1738. — H. A. WRISBERG commentatio de variolis quibus internae corporis humani partes contaminari dicuntur observationibus anatomicis superstructa. (Novi comment. Goetting. T. V. P. I. p. 66.).

20) CHAMBON DE MONTAUX *merkwürdige Krankengeschichten und Leichenöffnungen. Leipzig* 1791. *B.* 2.

21) RECAMIER et MARTINET, in: *Révue médicale.* 1825. *Août et Octobre.* Et: *Magazin der ausländischen Literatur der ges. Heilkunde, von* GERSON *und* JULIUS. 1826. *Jan.* et *Febr.* p. 121.

22) PORTAL *Beobachtung über die Natur und Behandlung der Lungenschwindsucht. Hannover* 1799. p. 136. — RECAMIER et MARTINET l. c.

23) Fere in omnibus vidi.

24) RECAMIER et MARTINET l. c.

25) TANCHOU, in: *Magazin der ausländ. Lit. der ges. Heilkunde.* l. c. p. 132. Et: *Recherches anatomico-pathologiques sur l'inflammation des vaisseaux dans*

§. XIX.

Caussae.

1. Quivis homo cujuscunque demum stirpis [1]) vel conditionis [2]) (ne dicamus de brutis [3])) ad variolas praedispositus est; pauci, de quorum immu- C. praedisponentes.

la variole. (*Journal universel des sciences médicales.* 1825. *Octobre.* p. 97.).

26) Haller bibl. chirurg. Vol. I. p. 408.

1) De aethiopum variolis vide: Commerc. literar. Noric. 1732. p. 392; 1736. p. 73; 1737. p. 299; 1738. p. 419.

2) Variolae nec parcent *principibus* (*Tagebuch von der letzten Krankheit Maximilians III. Churfürsten von Bayern. Frankf.* 1778. — *Berichtigung des Tagebuches von der letzten Krankheit Maximilians III. Frankf.* 1778. — *Vertraute Briefe über eine nachtheilige Pockencur den Churfürsten Maximilian Joseph betreffend. Mannheim* 1779. 8.), nec parcent *coenobiis* (A. Cocchi de morbo variolari, quo affecta est praenobilis monialis Maria Livia Burghesia, sub finem anni 1737. v. Haller collect. disput. pract. T. V. No. 178.).

3) Praeter equos et vaccas, *simiae* (Paulet *histoire de de la petite variole. T. I.* p. 16. — Jansen *medic. Magazin der Holländischen Literatur.* 1790. *St.* 1.), *canes* (Viborg *Sammlung für Thierärzte und Oekonomen.* 1795. *B.* 1. — Grognier in: *Séance de l'école vétérinaire de Lyon.* v. *Journal de Méd. continué.* 1810. *Dec.* p. 506.), *feles* (Leigh *natural history of Lancashire, etc.*) et *aves* (Brugnone *del vajuolo de'quadrupedi e degli uccelli.* (*Journ. général de médecine. T.* 28. p. 218.), obnoxii dicuntur.

immunitate narratur *), variolas vel in utero materno jam perpessi sunt 4), vel tam parva copia habue-

*) J. Gross in op. cap. VII. §. XXVII. No. 2. (43) citato.

4) Exemplum *foetus* variolosi, a matre hoc morbo laborante enixi, Vindobonae conspexi. Casus similes narrant: V. A. Möllenbroccius variolae foetus in utero (Misc. acad. nat. curios. dec. I. a. 1. 1670. p. 150.), J. G. Sommer variolae in foetu. (Ibid. Dec. II. a. 9. 1690. p. 54.), J. Lanzoni de puella nata cum variolis (Ephem. acad. nat. cur. dec. I et II. p. 109.), W. Derham *the case of a woman big with child, who recovered of the small-pox and was afterwards delivered of a dead child, full of the pustules of that distemper.* (*Philosophical transact.* y. 1713. p. 165.), J. H. Degner de variolis foetus in utero (Act. acad. nat. cur. Vol. III. p. 100.), C. Mortimer *the case of a lady, who was delivered of a child, which had the small-pox appeared in a day or two after its birth.* (*Philosoph. transact.* 1749. p. 233.), W. Wattson *some account of the foetus in utero being differently affected by the small-pox.* (Ibid. y. 1749. p. 235.), John Hunter *account of a woman who had the small-pox during pregnancy, and who seemed to have communicated the same disease to the foetus.* (Ibid. y. 1780. p. 128.), W. Wright *account of a child who had the small-pox in the womb.* (Ibid. 1781. p. 372.), M. T. de Man foetus ac mater variolis diverso tempore afflicti (Nov. act. acad. nat. cur. Vol. VII. p. 151.), J. van Ipern *Bericht aangaande de Kinder-ziekte voor de geboorte.* (*Verhandel. van het Maatsch. te Haarlem.* Deel 10. St. 2. Bl. 440. Deel 12. Ber. Bl. 6.), C. Kite *cases of several women who had the small-*

habuerunt [5]), ut a parentibus non animadversae fuerint,

pox during pregnancy, with an account of the manner, in which the children appeared to have been affected (Memoirs of the med. soc. of London. Vol. 4. p. 295.), W. TURNBULL *a case where small-pox was communicated from the mother to the child in utero* (Ibid. *Vol.* 4. p. 364.), TH. MEJEAN *observation sur un effet particulier de la petite verole, éprouvée dans le sein de la mère (Annales de la soc. de médecine de Montpellier. T. I. P. I.* p. 145.), E. M. BOUTEILLE *diss. sur cette question: Le foetus dans le sein de la mère, contracte-il la petite vérole et la rougeole?* (Ibid. *T.* 2. *P.* 1. p. 65.), E. JENNER *two cases of small-pox infection communicated to the foetus in utero under peculiar circumstances, with additional remarks (Medico-chirurgical transactions. Vol. I.* p. 269.), M. FLINDERS *case of a child born with variolous pustules (Mem. of the med. soc. of London. Vol.* 5. p. 330.). Cfr. HOFFMANN diss. de morbis foetuum in utero. §. 2. JERMYN diss. de variolis a graviditate foetui traditis. Lugd. 1792. — W. LYNN *the singular case of a Lady, who had the small-pox during pregnancy and who communicated the same disease to the foetus. London* 1786. 2. *edit.* 1791. — De *cicatricibus* variolarum in recenter natis, item de matre, quae quatuordecim dies antequam foetum variolis detentum peperit, variolosum conspexerat, vide: *Philosoph. transact. N.* 493. *art.* 8 *et* 9. — Curiosa quoque continet dissertatio SCHAPERI, qui fiat, ut duo fratres uterini, locorum intercapedine dissiti, simul variolis affici queant? Rostoch. 1701. — Potest vero foetus in utero variolis laborare, quin mater inficiatur (FERNELIUS l. c. — J. G. GRÜBEL foetus in utero matris variolis infectus et semiputridus exclusus, matre

fuerint, vel illarum adventum morte praevenerunt. Quamvis enim aetas juvenilis et infantilis inprimis variolis faveat, exempla tamen non solum adultorum [6]) sed et senum [7]), ab iis correptorum, haud desiderantur. Morbus, observationes meteorologicas eludens [8]), tempore vernali caput attollere, aestivo ferocius saevire, autumno mite-

bene constituta et optime se habente. In: Miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 9. 1690. p. 178. — JENNER, NIEROP ll. cc.), et vice versa (MAURICEAU *sur les maladies des femmes grosses.* 2. — SMELLIE *Sammlung widernatürlicher Fälle und Bemerkungen in der Hebammenkunst.* B. 3. p. 5. 6. — DIMSDALE, in: *Sammlung auserles. Abhandl. für pract. Aerzte.* B. 7. St. 1. p. 34.).

5) Constat *unam* variolam, aeque ac decem millia pustularum a nova infectione munire.

6) VOGHTER schediasma de variolis adultorum. Ulm 1712. — Acta nat. cur. Vol. III. obs. 123. Vol. VI. obs. 19.

7) STALPARTUS VAN DER WIEL obs. rar. med. cent. poster. obs. 42. p. 425. — JOSEPHUS LANZONI de variolis in vetula. (Miscell. acad. nat. cur. dec. II. 10. 1691. p. 165.). — CH. F. PAULLINI (Ibid. dec. II. a. 5. 1685. Append. p. 44.). — NICOLAI *Pathologie.* B. 2. p. 226. — J. P. FRANK venatorem Bruchsaliensem 78 annorum variolis laborantem curavit. — Haud multum ab hac aetate distabat celeberrimus naturae scrutator LACEPÈDE variolis defunctus.

8) *Abhandlungen der königlich schwedischen Akademie der Wissenschaften.* B. 35. p. 250. Cfr. HUFELAND in diario suo anno 1825. Oct. p. 6.

mitescere, ac hieme plerumque 9) exstingui solet.

2. *Caussa*, variolas *excitans*, est *contagium specificum* 10), originis et actionis 11) incognitae 12), ab C. excitans.

9) Contrarium aliquando contingere, observationes Buchholzii (l. c. p. 172.) et meae docent. Vidi enim variolas a. 1820 et 21. Vilnae, thermometro Reaum. 10 — 16. gradum gelu attingente, regnasse.

10) Ludwig diss. de contagio varioloso. Lugd. 1767. — Pohl Pr. de vomite varioloso. Lips. 1774. — Nierop de contagio varioloso, observationibus indagato. Ibid. 1774. — Ludwig *von der Ansteckung besonders der Pocken. Halberstadt* 1778. — Hufeland (l. c. p. 8.): „*Auch meine Erfahrungen, in der ersten Hälfte meiner Praxis, vom J.* 1783. *bis zum J.* 1800, *wo noch die Pockenkrankheit allgemein war, haben mir dasselbe bewiesen. Nie habe ich die Pocken anders entstehen sehen, als durch Ansteckung. Aber freilich war die Quelle der Ansteckung oft so weit entfernt, dass es Mühe kostete, sie aufzufinden. Sie konnte hundert Meilen von dem Orte des Ausbruchsortes entfernt seyn, und solche Beyspiele mögen eben, auch jetzt noch, bey den Aerzten den Wahn erregt haben, dass sich die Pocken unter gewissen Conjuncturen von selbst im Organismus erzeugten.*"

11) Clidsdale diss. de variolarum contagionis actione. Lugd. Bat. 1790.

12) Vix auderem cum Hufelandio (l. c. p. 6,) asserere: „*dass die Pockenkrankheit, die Wirkung eines bey uns nicht erzeugten, sondern fremdartigen, aus andern Klimaten zugeführten, Krankheitsstoffes sey, der sich seitdem nie durch neue Erzeugung, sondern immer nur*

ab una in alteram migrans regionem [13]), maxime locis frequentatis [14]), culpâ inprimis mendicantium

durch Uebertragung erhalte, und nur in dem angesteckten Individuum reproducire."

13) Variolarum iter ab Alpibus Pedemontanis ad extremam usque Italiam pulchre a RICHA descriptum est. (Morborum vulgarium historia, seu constitutio epidemica Taurinensis a. 1720. August. Taurin. 1721. p. 14.).

14) HUFELAND (l. c. p. 10.): „*Einer der schlagendsten Beweise, der mich in früheren Zeiten überzeugt hat, und den ich unseren neuen Vertheidigern des alten Glaubens recht angelegentlich zur Beherzigung empfehle, war folgender: Ich beobachtete, dass oft in solchen Gegenden des platten Landes, wo die Menschen mehr vereinzelt lebten, und wenig Verkehr unter sich hatten, 10, 15 Jahre hingehen konnten, ohne dass sich eine Spur der Pocken zeigte; in kleinen Städten war dies schon öfter, alle 5, 6, 7 Jahre der Fall. In den grössten hingegen bey grosser Zusammendrängung der Menschen, und beständigem Verkehr mit aussen, existirten sie beständig, nur manche Zeit mehr, manche Zeit weniger. Dieses beweist ja deutlich, einmahl: dass die Pocken nicht das Produkt einer neuen Entwicklung und Erzeugung der Menschennatur seyen — denn dieser Process hätte ja bey den Landkindern eben so gut Statt finden müssen, wie bey den Stadtkindern, — zweitens dass sie auch nicht von kosmischen und tellurischen Einflüssen entstanden seyen — denn diese mussten ja auf dem Lande grade eben so wirken, wie in der Stadt — sondern dass das öftere oder seltnere Vorkommen der Pocken sich lediglich nach dem grössern oder geringern Verkehr der Menschen unter*

tium et vagabundorum [15]), tironum opificum, aliorumque peregrinantium [16]), militum et nautarum [17])

einander richtete, und folglich lediglich von der leichtern oder schwierigern Zutragung und Mittheilung des Pockenstoffes abhinge.

15) *Schilderung der Witterungs- und Krankheitsconstitution in Böhmen, im Jahre* 1821. *Prag* 1824.

16) Hufeland (l. c. p. 10.): „*Die ganze Epidemie wurde über See durch einen Pockenkranken nach Hamburg gebracht, und von da durch einen Handwerksburschen im December nach Berlin, und nun liess sich die Verbreitung in der Stadt, selbst, wenn sie, wie einmahl geschah, von Einem Ende der Stadt zum andern übergesprungen war, immer recht gut nachweisen, durch wen sie geschehen. Dasselbe war der Fall in den Provinzen.*“ Et (p. 9.): „*Ein anderesmahl kam ein Reisender nach Weimar, zu einer Zeit, wo weder in noch um Weimar etwas von Pocken zu hören war, er wurde krank, ich werde zu ihm gerufen, und finde ein Fieber, was ich für ein Flussfieber halte. Aber es nimmt mit jedem Tage zu, und am vierten Tage entdecke ich rothe Flecken im Gesicht, die sich bald als stigmata variolarum zeigten, und sich dann auch auf die Hände, und am folgenden Tage auch auf den ganzen übrigen Körper verbreiteten. Genug es wurde eine sehr heftige Pockenkrankheit, die der Kranke nur mit Mühe überstand. Die Frage war nun, woher sie entstanden, da nirgends eine Spur der Krankheit in der Gegend war. Endlich erinnerte er sich, dass er vor 14 Tagen auf seiner Reise, weit von hier, eine Dame gesprochen, die eben aus dem Zimmer ihrer Pockenkranken Kinder gekommen sey, und ihr die Hand geküsst habe.*“ Cfr. Froriep's *Notizen aus dem Ge-*

tarum [17]) infensum; concurrente annua constitutione nemini dispositorum, aliàs nonnullis saltem pro tempore parcens [18]); sese instar contagii typhi per attactum tum aegrotorum et cadaverum [19]) variolis adfectorum, tum supellectilis aliarumque rerum contaminatarum (e. c. vestium pellicearum [20]), epistolarum [21]), insectorum [22]), lanceolarum [23]) etc. [24])),

biete der Natur- und Heilkunde. B. 6. *Sept.* No. 318.

17) Heinecke, in: *London medical repository. Vol.* 22. p. 14. — A. F. Lüders in opp. cap. VII. §. XXIX. No. 2. (48). citand.

18) Dico cum Hufelandio (l. c. p. 17.): „*Das Pockencontagium steht, wie jeder Krankheitskeim, ja wie jeder Same, unter dem Einfluss atmosphärischer, vielleicht auch anderer kosmischer, Kräfte. Ist der Einfluss seiner Fructification nicht günstig, so erstirbt er bald wieder ohne bedeutende Fortpflanzung — die Pockenkrankheit bleibt sporadisch. Ist er günstig, so wird die Vegetation und Reproduction wuchernd, die Krankheit verbreitet sich allgemein, es entsteht Pockenepidemie.*" Et (p. 18.): „*Noch deutlicher zeigte sich dieses ehedem in grossen Städten, wo das Contagium nie ganz ausstarb, und dennoch nur von Zeit zu Zeit allgemeine Epidemieen erregte.*"

19) Act. nat. cur. Vol. III. obs. 94. — *Lond. Magazin* 752.

20) Ephem. nat. cur. dec. 2. a. 9. obs. 24.

21) Rosenstein l. c. p. 199. — Hufeland (*Journal der pr. Heilkunde.* 1825. *October.* p. 8.): „*Es herrschten durchaus, weder in Weimar, noch auf 10 Meilen in die Runde, keine Pocken, dennoch bekam ein Kind*

etc. [24])), sed quoque aperto in aëre, ad nonnullorum passuum distantiam [25]), item per aegrotorum halitum [26]), propagans; modo fulminis instar

die Pocken, die sich dann dem ganzen Hause mittheilten. Man konnte die Entstehung nicht begreifen. Endlich entdeckte es sich, dass e i n *B r i e f*, 50 *Meilen weit von da von einer Person geschrieben, die mit Pockenkranken zu thun gehabt hatte, in diess Haus gekommen, und derselbe von den Kindern zum Spielen gebraucht worden war. Hier waren also Atome des* Con*tagiums an den Fingern des Schreibenden hängen geblieben, hatten sich davon dem Papiere mitgetheilt, waren in demselben eingeschlossen und vor der Berührung der Luft geschützt, funfzig Meilen weit fortgetragen worden, und hatten sich nun weiter den Händen des Kindes mitgetheilt."*

22) Unzer *Arzt. Th.* 2. *St.* 33. p. 125.

23) De Meza l. c. cap. XXI. §. 211. — Home principia med. P. IV. Sect. 7.

24) Jurin *account of a remarkable instance of the infection of the small-pox. (Philos. transact. No.* 373. p. 191.).

25) Haygarth *a sketch of a plan to exterminate casual small-pox from Great-Britain.* — Neutiquam Hufelandio assentio dicenti (l. c. p. 13.): „*Das Pockengift wird nicht durch die Luft fortgepflanzt, und kann nicht in der Luft fortleben. Die Ansteckung geschieht immer durch Berührung, aber wohl verstanden, nicht bloss der Giftquelle (des Kranken) selbst, sondern auch der Träger des Giftes (fester Körper, denen das Gift anhängt*").

26) Hoffmann *Abhandlung von den Pocken. Th.* 1.

star effectum exerens [27]), modo ad septimum [28]) et decimum quartum usque diem [29]) latens.

C. proxima.

3. *Caussa proxima* variolarum in retentionem sanguinis funiculi umbilicalis [30]), in renes succenturiatos [31]), in ventriculum [32]), in succum chyloso-lymphaticum corruptum et impurum, ex matre in alumnum derivatum [33]), in evolutionem extre-

27) Uxor comitis *Maximiliaui Litta*, formositate ipsius Veneris aemula, mihi a. 1801. narravit, se necdum variolas perpessam esse. Quod quum audiverim enixe rogavi, ut se illico vaccinationi submitteret. Submittam me, respondit, absoluto itinere; hisce diebus suscipiendo. Monui variolas modo grassari, quodvis horae momentum magni esse pretii, atque ad illam Drem de Carro, ut vel nolenti vaccinam obtruderet, misi. At incassum. Obstinata femina Neostadium prope Viennam profecta est. Hic amicam visitavit, cujus pallium joci gratia induit. Ne id facias, exclamavit amica, nam hocce cum pallio, haud dudum domum, in qua variolae sunt, frequentavi. Maxime inde terrefacta Comitissa, extemplo in lipothymiam incidit, a symptomatibus stadii invasionis variolarum exceptam. Variolae jam secundo die prorupere, confluentes, et antequam vocatus accersiri potui, misera, in aeternum dolenda, animam reddidit.

28) Buchholz l. c. p. 174. 29) Fordyce l. c. p. 3.

30) Horstius opp. I. p. 263. — Mesmer in: *ΑΣΚΛΗΠΙΕΙΟΝ. Jahrg. 2. Heft* 9.

31) Phil. de Violante de variolis et morbillis. Dresd. 1750.

32) Woodward *state of physick. Lond.* 1718.

33) Fr. Hoffmann med. rat. syst. T. IV. p. 144. Cfr.

extremorum vasorum sanguiferorum [34]), in glandulas secretioni variolosi virus dicatas [35]), in inflammationem sui generis [36]), aliasque in hypotheses plus minus absurdas, locata fuit [37]). Id solum constat, variolas sistere morbum specificum, nunc simplicem, nunc complicatum, haud parvam cum peste alentem affinitatem [38]).

§. XX.

GUIDET mantissa de variolarum et morbillorum origine a turbata foetus generatione. v. Diss. phys. med. Turin. 1747.

34) HAHN l. c. Falsitatem hujus doctrinae demonstravit FABRICIUS (Pr. dubia quaedam circa novum systema evolutionis vasorum cutaneorum naturalis, in morbo variolarum contingentis exponens. Helmst. 1751).

35) COTUNNI l. c. — C. L. HOFFMANN *Abhandlung von den Pocken. Münster* 1776. — Eos, *folliculos mucosos*, a variolis inflammatos, pro glandulis habuisse, recte HUFELANDIUS docuit. Cfr. H. CHAVET *Beantwortung zweyer Briefe gegen Hoffmann's Abhandlung über Pocken. Münster* 1777. — J. A. UNZER *Vertheidigung seiner Einwürfe gegen die Pockentheorie Hrn. Hoffmann's. Leipzig* 1783.

36) TEICHMEYER diss. de variolis, ut febre inflammatoria. Jenae 1741. — GERVEISE an variolarum inflammatio ab omnibus aliis diversa. Paris. 1772. — MUNIER ergo variolarum inflammatio ab omnibus aliis diversa. Ibid. 1777.

37) CURRY diss. de humorum in morbis contagiosis assimilatione, in tentamina de variolarum natura et sede indagata. Edinb. 1784.

38) „Nulli morbo magis comparari potest *pestis*, quam *variolis*. Uterque per contagium recipitur; amborum

§. XX.

Diagnosis.

Symptomata invasionis.

1. Stadium invasionis variolarum nullum agnoscere signum gentilitium, absentia febris, nauseae et vomitus [1]), doloris epigastrii, convulsionum, nonnullis epidemiis propria, docet. Nec raro in variolis prodroma, aliàs scarlatinae et morbillis communia, e. c. faucium dolor, coryza (a salivatione hinc inde soluta [2])), sternutatio, lacrymatio, minus tamen quam in morbillis calida [3]) et sine lucis intolerantia, occurrunt.

Eruptio cutanea.

2. Copia variolarum admodum diversa est. Hinc inde enim illarum solummodo tres, quatuor, septem comparent, aliàs numerari nequeunt. Copiosissimae pustulae in facie [4]), non exceptis palpe-

primum insultum cephalalgia et vomitus comitantur; in variolis febris plerumque intensior est, quam in peste; dein prodeunt tumores singulis proprii, in hac bubones, in illis pustulae peculiaris et determinatae formae; remittunt tunc symptomata, et si bona suppuratio succedit, ex utroque morbo aegroti evadunt.... Praeter haec dantur in variolis, ut in peste, exanthemata symptomatica: in variolis petechiae, et nonnunquam carbunculi; sed utraque in peste multo frequentiores.“ (Mertens obs. med. Vindob. 1778. lib. II. cap. 2. p. 119.).

1) De Meza l. c. p. 68.

2) Buchholz l. c. p. 176. 3) Rosenstein l. c. p. 109.

4) In sola facie (Commercium liter. Nor. 1743. p. 413.). — Solum in pudendis (Eph. acad. nat. cur. dec. II. ann. 5. app. p. 69.).

palpebris observari solent [5]). Oculorum albugineam a variolis interdum obsideri affirmatur [6]), at ab aliis [7]) jure in dubium vocatur. Paucis prorumpentibus variolis, pustulae inter se distinctae manent (*variolae discretae* [8])); aliàs vel cohaerent (*v. cohaerentes*), vel confluunt (*v. confluentes*), vel in agmen colliguntur (*v. corymbosae*). Aliquando *morbus variolosus sine variolis* decurrit [9]). Quae morbi forma dignoscitur, si quis, ad variolas recipiendas idoneus, tempore, quo hoc exanthema grassatur, occasioni contagium suscipiendi sese exposuerit, ac inde in febrem, praeter exanthema, consueta symptomata morbi variolosi exhibentem, inciderit; eâque absolutâ variolas vel vaccinam contrahendi immunitate gaudeat. Haud raro tandem variolae consuetam minime exhibent formam (*v. abnormes, anomalae* [10])).

5) Animadvertente CAMPERO, si 10,000 variolarum hominem obtegant, facies circiter 2000 exhibebit. (Diss. de emolumentis et optima methodo insitionis variolarum. Groening. 1774. p. 51.).

6) NICOLAI *Pathologie. B.* 3. p. 310.

7) SWIETEN comment. l. c. §. 1396.

8) CLIFTON diss. de distinctis et confluentibus variolis. Leydae 1742. (v. HALLER coll. disp. P. V. No. 183.).

9) PELARGUS *medicinische Jahrgänge. B.* 1. p. 146. — PAUTIER DE LABREVILLE an variolarum morbus absque eruptione? Paris. 1747. — DU BOURY diss. an variolarum morbus absque eruptione. Paris. 1772. — HENSLER l c. p. 42. — LENTIN obs. med. fasc. II. p. 25. — Comment. Lips. Vol. 5. p. 692.

malae [10]). Huc pertinent: 1. *Variola serosa* sive *crystallina*, in pustulis consistens lente crescentibus, superficialibus, pallidis, depressis, in medio fovea instructis [11]), ichore acri, *contagioso*, limpido repletis, nunquam maturationem attingentibus, aliquando in vesicas planas, latas, diaphanas, acerrima lympha turgescentes [12]), coalescentibus; — 2. *variola sanguinea*, *nigra*, *haematodes*, *scorbutica*, interdum nucis magnitudine [13]), ac a SYDENHAMO [14]), HUXHAMIO [15]), GESNERO [16]) etc. [17]) optime descripta; — et 3. *variola verrucosa* sive *solidescens*, papulas referens, ex fibrillis densis intus conflatas, distinctas, quae disruptae parum saniei effundunt et in verrucas transeunt. Pulchre hanc exitialem morbi formam ELLER [18]) et CAMERER [19]) descripserunt.

3. *Vario-*

10) PIZLER de variolis anomalis. (Act acad. nat. cur. Vol. II. p. 268.). — BUCHHAVE quaedam de maculis et exanthematibus raro obvenientibus annotata. (Acta acad. Havn. Vol. II. p. 355.).

11) SARCONE l. c. — P. C. BLACKETT, in: *London medic. reposit. and review. July* 1827. p. 4.

12) ELLER l. c. p. 146.

13) Sic accidit in lethali variolarum epidemia a. 1760. 1761. *Stockholmae* observata. (*Götting. gelehrte Anzeiger* 1771. *St.* 87. p. 747.).

14) Variolae a. 1674. 15) De aëre. p. 37.

16) *Beobachtungen III. No.* 1.

17) J. G. HOYER de variolis sanguinolentis in sphacelum lethalem degenerantibus. (Ephem. acad. nat. cur. cent. 5 et 6. p. 340.). — LUND l. c.

3. *Variolae* confundi possent cum *febre biliosa*, *peticulis*, *bullis*, *morbillis*, *varicella*, *variola mitigata* et *strophulo*. Facilis confusio.

4. Quoties *febris*, dolore regionis epigastricae, vomitu aliisque symptomatibus *biliosis* stipata praecipue in pueris et juvenibus, sed quoque in aliis, qui necdum variolas perpessi sunt, nec perfecte vaccinati fuere, obvenit; suspicio *variolarum* saltem primis morbi diebus non omittenda [20]. Distinctio a febre biliosa.

5. Variolae solummodo sub primo eruptionis momento similitudinem cum *peticulis* alunt, a quibus distinguuntur, ne dicamus de symptomatibus stadii invasionis, ex eo quod puncta variolosa non solum super cutim elevata sed et *nodulo in medio* instructa sint, ac potissimum faciem, rarissimam, ut monuimus, peticularum sedem, occupent. Distinctio a peticulis.

6. *Variolae crystallinae* cum *bullis* aspectu conveniunt, dignoscuntur vero habita ratione morborum epidemice regnantium et symptomatum prodromorum, illis variolarum normalium similium. Distinctio a bullis.

7. Variolae consuetis prodromis orbatae, ac symptomatibus coryzae invadentes, tempore, quo primum efflorescunt, pro *morbillis* haberi possunt. Distinctio a morbillis.

O 2 *Mor-*

18) l. c. p. 147.

19) Act. phys. med. nat. cur. Vol. II. obs. 154. p. 358.

20) Justi in: Stark's *Archiv* B. 1. St. 3. p. 124.

Morbilli.	*Variolae.*
a. Sub forma punctorum undique prominentium et *planorum* erumpunt.	a. Sub forma *macularum* in medio tantum prominentium ac nodulo instructarum comparent.
b. Facta eruptione, febris vel in leviori morbo haud multum remittit.	b. Facta eruptione febris in leviori saltem morbo evanescit.
c. Lacrymatio ardens est.	c. Lacrymatio vix calida.
d. Intolerantia lucis magna.	d. Intolerantia lucis non major, quam in reliquis morbis febrilibus.

Diversa variolarum indoles.

8. *Variolas* inter et *variolas* magnam intercedere *differentiam*, jam dudum intellectum est [21]. Haec differentia non solum copiam et adspectum exanthematis, sed et *febris* illud comitantis *indolem* respicit. Dividimus itaque variolas in *simplices* et *complicatas*. Variolae dicuntur *simplices*, dum mite decurrunt, dum febris aliaque sympto-

21) DAN. HOFFMANN diss. de ingenti variolarum diversitate. Tubing. 1720. — COSCHWITZ diss. de variolis earumque differentia. Halae 1727. — SCHROEDER diss. sistens distributionem variolarum. Götting. 1770. — STOCKHARDT epistola et causis varietatis variolarum. Lips. 1772.

symptomata stadii invasionis, ut ut fortia, facta eruptione exanthematis, evanescunt, dum variolae *discretae* sunt et solito tempore rite suppurant, verbo, dum morbus juxta naturam suam sine periculo decurrit. Hujusmodi variolas simplices expectare licet, ubi annua constitutio nullo alio morbo epidemico favet, item tempore vernali et autumnali, in pueris ceterùm ab omni alio morborum germine immunibus et tandem sub debita cura. Variolae dicuntur *complicatae*, ubi febris eas concomitans, indolem inflammatoriam, catarrhalem, gastricam aut nervosam exhibet, et ubi phlogoses earumque effectus praesto sunt. *Variolae inflammatoriae* et *catarrhales* *) consueta morbi symptomata extra-ordinariâ vi prae se ferunt. Desiderabis quidem (saltem ad maturitatem pergentibus variolis) pulsum fortem, plenum, aliàs febribus inflammatoriis multisque catarrhalibus proprium; ast id duntaxat ob cutis tumorem, explorationi profunde latentis arteriae obstantem. Praeterea signorum, *inflammationes internas* designantium, summa habenda est ratio: forma enim exanthematis modo discreti, modo *confluentis* [22]), parum hîc ad indolem morbi eruendam confert. Multum vero hoc sub respectu valet

*) Complicatio ista catarrhalis variolarum multum a Thomassen a Thuessink illustrata est. (Op. infra cap. VII. §. XXVII. No. 2. (22) citando).

22) Eller l. c. p. 139. — Variolas etsi benignas, haud raro apud infantes robustos, succulentos *confluere* vidi.

valet consideratio genii morborum regnantium, imperii climatis, anni temporum, praesertim atmosphaerici caloris, constitutionis aegrorum et regiminis adhibiti. Postremo cavendum, ne propter virium prostrationem et convulsiones, aliasque nervorum turbas (saepe apud pùellas deformitatem corporis timentes, plane accessorias [23])), in admittenda natura inflammatoria haesites.

Continuatio argumenti.

9. In determinandâ complicatione *gastricâ* variolarum; mentis requiritur acies, praesertim sub stadio invasionis, cui alioquin vomitus et reliqua symptomata gastrico-biliosa communia sunt. Tutius de morbi gastrici indole, ex constitutione annua, ex modo aegrotorum vivendi et ex decursu irregulari exanthematis (pustulis nimirum aegre suppurantibus, peticulis ecchymomatibus intermixtis) concluditur, inprimis si nonnulla gastricorum symptomatum obstinate et provectiori in morbo perseverant, et affectioni inflammatoriae tubi intestinalis tribui haud possunt. Maxime ad *vermes* respiciendum, utpote qui ab omni aevo in decursum variolarum imperium exercuerunt [24]).

Vermi-

23) Swieten comment. l. c. — Huxham l. c. p. 123. — Rahn l. c. p. 375.

24) J. Schmid de variolis verminantibus. (Misc. acad. nat. cur. dec. I. a. 8. 1677). — J. ab Amelunxen variolae verminosae. (Ibid. dec. II. a. 4. 1685. p. 187.) — J. M. Brehm lumbrici teretes variolis obsessi, ab infante varioloso excreti. (Acta acad. nat. cur. Vol. VIII. p. 286.). — Barenstorf variolae ac

Vermibus potissimum convulsiones, sopores, morbi provectioris socii, adscribenda.

10. Complicatio variolarum *nervosa* variae est originis; pullulat enim ea nunc ex variolis inflammatoriis, calefacientibus, aut nimiis antiphlogisticis curatis, nunc ex variolis gastricis, neglecta colluviei primarum viarum debita evacuatione, nuncque ex ipso variolarum contagio, utpote ob ignotam annuam constitutionem, nisi pestis saltem typhi aemulo. In *primo casu determinando*, attendendum, ne effectus phlogoseos, e. c. liquores extravasatos, suppurationes, gangraenas, cum illis virium jacturae dynamicae confundamus. Inserviet ad hoc consideratio, num viscus quoddam, sub morbi curriculo, phlogosi laboraverit, nec ne. *Secundus casus* variolas quondam *putridas* dictas constituit [25]). Familiares illis sunt haemorrhagiae. Variolae mox ab initio nervosae, non, ut antedictae plerumque sporadice, sed fere semper more *epidemico* obveniunt. Iis praeprimis epitheton *malignarum* [26]) quadrat. Respondet illis descriptio nostra variolarum gravissimarum.

Finis argumenti.

11. Tandem *variolas* cum aliis morbis, tum acutis,

Complicatio cum aliis morbis.

inprimis epidemicae malignae verminosae. Sedini 1719. — Commerc. lit. Nor. 1740. p. 74.

25) *Breslauer Sammlung.* 1726. I. p. 606. — Stoll rat. medendi. P. IV. p. 214.

26) Fel. Betera de variolis malignis et petechiis. Brix. 1591. 4.

acutis, tum chronicis *complicari* posse, haud ignorandum est. Loquimur de *morbillis*, cum variolis nunc simul, vel retardando [27]), vel haud immutando [28]) harum curriculum florentibus [29]), nunc invicem alterutrum corporis latus occupantibus [30]), nunc sibi proxime succedentibus [31]). Idem de *scarlatina* [32]), de *psora* [33]), de *plica* [34]), de *croup* [35]), de *tussi convulsiva* [36]), de *febribus intermittentibus* [37]) et, ut fertur, de *pemphigo* [38]) valet.

§. XXI.

27) Manget, in: *Med. Commentarien von Edinburg. B.* 1. p. 353.

28) Rainey, ibid. *B.* 3. p. 479. Et: Hufeland's *Journal der pract. Heilk. B.* 10. *St.* 2. p. 63.

29) King ibid. p. 480. — Bergius *Schwedische Abhandl.* 1766. p. 71. — Macbride *methodical introduction to the theory and practice of physik.* p. 376.

30) Ettmüller opp. II. P. I. c. 10.

31) Acta nat. cur. Vol. VI. obs. 109.

32) Plura scarlatinae cum variolis incedentis exempla in nosocomio Vindobonensi conspexi, aliaque refert Desessarz (l. c. No. 25.).

33) Saepius ipse vidi. 34) Item.

35) *Fall von zusammenfliessenden Pocken und häutiger Bräune;* in: *Magazin der ausländischen Literatur der gesammten Heilkunde, von* Gerson *und* Julius 1825. *Sept. Oct.* p. 360.

36) Desessarz l. c. No. 24.

37) Sarcone l. c. T. I. p. 230. — Rahn l. c. p. 366.

38) Garn, in: Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde B.* 4. p. 359.

§. XXI.

Prognosis.

1. Variolas strages majores quam pestem edidisse ex calculis a Süssmilchio [1]), Trallesio [2]), Dimsdalio [3]), Ramazzinio [4]), Brucio [5]), Tissoto [6]), Percivalio [7]) etc. [8]) institutis (in quibus ne Periculum.

1) *Göttliche Ordnung. Th.* 2. §. 528. *Th.* 3. p. 627. (Ex funeribus 100,000, variolis 8000 adscribit).

2) l. c. 3) *Tracts of inoculation. Lond.* 1781.

4) Constit. epidem. Mutinensis, a. 1691.

5) *Voyages aux sources du Nil. T.* 3. p. 625.

6) *Abhandlung von der Einpfropfung der Blattern.* §. 4. p. 6.

7) *Philosophical medical and experimental essays.* p. 87.

8) E. Umfreville *the present state of Hudsonsbay. London* 1790. — Mackenzie *Reisen von Montreal durch Nordwestamerika* etc. p. 16 seq. — E. E. Duvillard (*Analyse et tableau de l'influence de la petite vérole sur la mortalité* etc. *Paris* 1806) *ait:* „*Lorsque cette maladie fut importée aux Mexiques, par un nègre appartenant à Narvaès, il mourut trois millions et demi d'habitans, et il en périt encore* 800,000 *dans une autre irruption qui eut lieu quelque temps après. Depuis cette époque, l'importation de la variole a renouvellé ces ravages à peu-près tous les vingt à trente ans; il n'y avait que* 19 *ans depuis la dernière irruption, lorsqu'en* 1773 *cette contagion enleva* 10,000 *personnes dans les villes de Mexico et de Puebla.*" — Cfr. Moreau de Jonnès *monographie historique et médicale de la fièvre jaune des Antilles; et recherches physiologiques sur la loix du développement et de la propagation de cette maladie. Paris* 1820. 8. p. 264.

ne comprehenduntur quidem ii, qui ex *reliquiis* variolarum perierunt), eruitur. Infantes, dummodo nativitati non admodum proximi, variolas prae adultis facilius superant [9]). Lactantes tamen gravius affliguntur, si variolae labia et fauces occupent. Pubertas, fluxus menstruus, graviditas [10]) et puerperium morbum vehementiorem reddunt. Teste ROSENSTEINIO plures feminae quam mares interficiuntur [11]). Sunt familiae, quae gravius, sunt aliae, quae lenius variolas patiantur, immo, referente CAMPERO, proles plerumque eadem ratione variolas pati solet, qua eas sive pater, sive mater, cui maxime habitu respondent, perpessus est [12]). Valetudinarii, praesertim scrophulosi, arthritici, scorbutici, venerei et hypochondriaci [13]) ad variolas feliciter superandas minus idonei sunt. Verum, non desiderantur exceptiones, immo nostrae aliorumque observationes, variolas interdum *salutares* esse, docent [14]).

2. *Semi-*

9) J. WEISSMANN, in: Ephem. acad. nat. cur. cent. III. IV. p. 279.

10) TODE *arzneykundige Annalen. Heft* 1. *p.* 11. — DUCHÂTEAU, in: *Journ. compl. du dict. des sciences méd.* 1826. *Avril.* p. 174.

11) *Kinderkrankheiten.* p. 167. 12) l. c. p. 6. 7.

13) JUNKER diss. de variolarum pernicie in hypochondriacis. Halae 1732.

14) L. G. KLEIN testiculi dextri tumor praegrandis a conquassatione discussus, data occasione recrudescens, variolis plenarie superatus. (Nova acta acad. nat. cur. T. I. p. 96.). — J. C EHRMANN ulceris venerei so-

2. *Semiotica* variolarum ardua [15]). Fortis lumborum dolor ac frigus magnum [16]), gravem designant morbum. Convulsiones paucae brevi ante eruptionem apud infantes comparentes, sunt innocuae; secus si diuturnae, praemature aut tarde erumpentes et violentae fuerint; apoplexia [17]) tunc, paralysis [18]), loquelae defectus [19]), mors repentina [20]) expectandi. Summas tamen et diuturnas convulsiones innoxias descripserunt J. G. Grübel [21]) et Eller [22]). Diarrhoea [23]) dummodo cum eruptione cesset aut circa decimum tantum

Semiotica.

lutio a variolis. (Ibid. Vol. VII. p. 155.). — P. J. Bergius *Rön om fossors och atlans uphäfvande genom Koppor. (Svenska Vetensk. Acad. Handl. a.* 1756. p. 131.).

15) Cohausen de fallaci variolarum prognosi, deque earum ac febris malignae genio diverso in sexu diverso. (Commerc. lit. Nor. 1742. p. 400.).

16) Triller diss. de horrore in febribus exanthematicis, praesertim variolis, signo plerumque lethali. Wittenb. 1769.

17) *Sammlung auserl. Abh. für pract. Aerzte. B.* 3. *St.* 2. p. 359.

18) Schulz l. c. p. 6. 7.

19) Camper l. c. p. 15.

20) Schulz l. c.

21) J. G. Grübel convulsiones, post variolarum eruptionem obortae, non semper sunt exitiales. (Miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 9. 1690. p. 184.).

22) l. c. p. 147.

23) R. A. Vogel ex diarrhoea in variolosis quaedam praesagia. (Nova act. acad. nat. curios. Vol. 1. p. 127.).

tantum diem oriatur, salutaris [24]). Eam per totum morbi curriculum cum emolumento continuasse vidimus, idemque fatetur Richa [25]). Vermium secessus aliquando lethalis, interdum proficuus [26]). Sudores fortes in omni variolarum stadio timendi [27]). Idem de salivatione mature comparente et inopinate suppressa, dicendum est. Sed et bene procedente salivatione aeger aliquando moritur [28]). Delirium, nisi comparente exanthemate dissipetur, de encephalitide facile testatur. Malum est: si, facta eruptione, facies instar pulveris a limatura acicularum undique adspersa cernatur aut detumescat [29]); — si maturescentibus variolis novae adhuc succrescant; — si cessante salivatione pustulae quasi vacuae, concidant [30]); — si peracta eruptione citra diathesin inflammatoriam et methodum nimis calefacientem, haemor-

24) M. B. Valentini de diarrhoea in variolis innocua. (Misc. acad. nat. cur. dec. III. a. 2. 1694. p. 186).

25) l. c. p. 15. 26) Nicolai l. c. *Th.* 2. p. 289.

27) Grant *Neue Beobachtungen.* p. 28.

28) Selle *Handbuch.* p. 101.

29) Swieten l. c. T. V. §. 1398. p. 102.

30) Vesti diss. de symptomatibus variolarum recedentium casus. Erf. 1708. — Fuga jamjam in opere suppurationis properantium variolarum interdum effectum sistit inunctionis ope unguentorum (Blent Zodiacus. 1682), lardi (Ephem. nat. curios. dec. III. a. 3. obs. 42.), admissionis incautae frigoris (Ibid. a. 7 et 8. obs. 97.) et terroris (Ibid. dec. II. a. 9. obs. 18.).

haemorrhagiae, inprimis viarum urinalium [31]) contingant; — si sanguis corium album exhibeat [32]); — si vox et respiratio [33]) nec non deglutitionis opus [34]) multum laedantur; sique exanthemata secundaria, exceptis aliquando miliaribus, in conspectum veniant. *Octavus* dies in variolis inflammatoriis et *undecimus* in nerveis prae ceteris timendi [35]).

Mala residua.

3. Nec immunes sunt, qui morbum superarunt [36]). Praeter *maculas* enim cuprei coloris per mensem et ultra relictas; praeter *foveas* sive *cicatrices* plerumque cuti concolores, inaequales, saepe punctis nigris notatas, inprimis faciem et manus copiose occupantes, tractu temporis sub corporis incremento haud raro evanescentes; praeter *desquamationem* amplam, sub qua compacta epidermis stigmata variolarum exhibet [37]); praeter *exan-*

31) Sydenham schedula monitoria de novae febris ingressu.

32) Baglivi prax. med. p. 61.

33) Ad respirationem maxime esse attendendum, jure monet Baglivi. (Ibid. P. I. cap. 9.).

34) Wintrigham l. c. p. 473.

35) Ludwig diss. de crisibus variolarum accessoriis. Lips. 1755. — Hofmeister diss. de crisi febris variolosae. Gotting. 1790.

36) De Sallaba diss. de morbis variolarum posthumis. Viennae 1788.

37) Pulcherrimum tale exemplum in nosocomio Vindobonensi collegi, ac museo pathologico, ibi a patre meo primum stabilito, exhibui.

exanthemata secundaria 38) (species videlicet *varicellae*, praevio febris insultu ingruentis 39)): praeter haec inquam, graviora adhuc convalescentes expectant mala. Loquimur de *abscessibus* faucium glandularumque salivalium 40) et cervicalium, qui abscessus prae aliis ad ulcera maligna 41), ad gangraenam 42) atque ad *cariem* 43) proni sunt. Systema quoque glandularum lymphaticarum pulmonis, mesenterii aliarumque partium internarum saepe suppurationes, subsequente haud

38) Ranoë, in: Act. Reg. Soc. Med. Havniensis. Vol. IV. p. 233.

39) Hufeland's *Journal der pract. Heilk. B.* 3. p. 754.

40) G. E. Berner de parotide a variolis inflammata et hinc suppurata. (Act. acad. nat. cur. Vol. III. p. 92.).

41) P. J. Schlotterbeck observationes chirurgicae de ulceribus et quidem 1. 2. 3. de ulceribus anepuloticis post variolas relictis. (Act. Helvetiae. Vol. III. p. 212.).

42) Cfr. A. Cnöffel de gangraenae in genis infantum post variolas curatione. (Misc. acad. nat. cur. dec. I. a. 4 et 5. 1673 et 1674. p. 50.).

43) Slevogt pr. variolarum hactenus in cives nostros grassantium malignitas *ex carie* ossium ab iis excitata per exempla demonstratur. Jenae 1713. — Ch. Vandenzande *observat. sur une carie des deux machoirs à la suite de la petite vérole. (Actes de la Soc. de médecine de Bruxelle. T.* 2. p. 318.). — Tenon *observation sur une carie singulière des deux avantbras à la suite de la petite vérole. (Mém. de Paris a.* 1770. *Hist.* p. 54.). — G. C. Winkler de paedarthrocace post variolas ejusque curatione. (Misc. acad. nat. cur. dec. I. a. 6 et 7. 1675 et 1676. p. 132.).

haud raro hydrope [44]), offert [45]). Nec illud vasorum sanguiferorum semper immune manet [46]). Tumorum undique pullulantium non datur finis [47]). Item vermium [48]). Interdum variolae concretionem praeputii cum glande, vel destructionem sive frenuli sive hymenis gignunt. Saepissime vero laeduntur *sensus*, inprimis *visus*, testantibus tot *ophthalmiis chronicis*, *staphylomatibus*, *hypo-*

44) H. Laub post variolas confluentes hydrops pectoris et abscessus hepatis. (Misc. acad. nat. cur. dec. II. a. 7. 1688. p. 380.). — L. G. Klein hydrops scroti post variolas manu feliciter curatus. (Nova acta acad. nat. cur. T. I. p. 94.). — G. G. A. Schultzer de hydrope variolis superveniente sanato. Berol. 1826.

45) *Breslauer Samml.* 1724. *II.* p. 209. — G. W. Wedel phthisis a variolis lethalis. (Miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 6. 1687. p. 178.). — Cfr. M. B. Valentini de asthmate a variolis feliciter curato. (Ibid. dec. III. a. 2. 1694. p. 187.).

46) E. Hagendorn de sanguine post variolas per digitos pedum transsudante. (Ibid. dec. I. a. 3. 1672. p. 44.).

47) J. Dolaeus de tumore in manu post variolas volatili. (Ibid. dec. II. a. 4. 1685. p. 227.). — G. Schubart de tumore calloso ob variolas neglectim curatas. (Ibid. dec. I. a. 3. 1672. p. 112.). — Caumont *observat. sur un sarcome du sinus maxillaire à la suite de la petite vérole. (Mém. de l'académie de chirurgie. T.* 5. p. 229.).

48) P. H. Pistorius vermis post variolas e sinistri oculi cantho majori (?) erumpens. (Acta acad. nat. cur. Vol. II. p. 270.). — E. Hagendorn de vermiculis

hypopiis 49) aliisque *coecitatibus* 50). Ex auribus haud raro materia puriformis sive pus, inflammationis chronicae meatus auditorii, sive abscessus cavitatis tympani erosae productum, non sine cariei suspicione, surditatis caussa, effluit. Observavimus a variolis cavitatem nasi concretam, ac vocem per omne vitae curriculum fere extinctam. Alias atresias viderunt alii 51), quid quod viscerum destructiones 52). Communes sunt meta-

post variolas cum urina rejectis. (Misc. acad. nat. cur. dec. I. a. 3. 1672. p. 44.).

49) J. Wagner de hypopio sive oculo purulento a variolis relicto. (Misc. acad. nat. cur. dec. 2. a. 5. 1686. p. 209.).

50) Joseph Frank's *Reise nach Paris, London u. s. w. Thl.* 2. p. 306.

51) J. P. Wolff de praecipiti coalitu oculi post variolas. (Acta acad. nat. curios. Vol. VI. p. 347.). — B. Gullmann labiorum firma coalitio ex retrocessa sanie variolosa. (Ibid. Vol. I. p. 53.). — J. Lanzoni gulae et narium coalitus a variolis. (Misc. acad. nat. cur. dec. II. a. 9. 1690. p. 80.). — P. Rommel de gulae coalitu a variolis lucanica sublato. (Ibid. dec. III. a. 7 et 8. 1699. a. 1700. p. 72.).

52) J. Rolandus aglossostomographia sive descriptio oris sine lingua a variolis amissa, quod perfecte loquitur et reliquas suas functiones naturaliter exercet; e gallico in latinum versa, additis annotationibus a Carolo Raygero (Misc. acad. nat. cur. dec. I. a. 3. 1672. p. 559.).

metastases ad nervos, paralyseos [53]), vesaniae [54]), aphoniae [55]), aliarum malorum caussae [56]).

4. Eundem hominem altera vice a variolis infici posse, negatum fuit [57]). Procul dubio *varicella* seu variolae spuriae saepius pro variolis imposuerunt. Secundam vero infectionem, quippe tot tantisque observationibus confirmatam [58]), negare

Secunda infectio.

53) C. Rayger de paralysi universali post variolas. (Ibid. dec. I. a. 4 et 5. 1673 et 1674. p. 13.). — J. M. Müller de convulsionibus et paralysi variolas malae notae comitantibus. (Ephem. nat. cur. cent. 9 et 10. p. 378.).

54) G. C. Winckler de mania post variolas. (Misc. acad. nat. cur. dec. I. a. 6 et 7. 1675 et 1676. p. 132.). — Ejusd. De ratiocinationis depravatione a variolis subsequente paedarthrocace. (Dec. I. a. 6 et 7. 1675 et 1676. p. 146.).

55) J. Schubert aphonia ex variolis. (Misc. acad. nat. cur. dec. I. a. 2. 1671. p. 302.).

56) J. P. Frank epitome l. c. p. 177.

57) Werner diss. causa cur homines semel tantum variolis veris et morbillis corripiantur. Regiom. 1767. — C. L. Hoffmann l. c.

58) J. Dobrzensky de Negroponte de juvene bis variolis a terrore correpto. (Misc. acad. nat. curios. dec. II. a. 4. 1685. p. 80.). — D. G. Thebesius bis variolae intra duos menses, febre intermittente tertiana interpolatae in puella quatuor annorum. (Acta acad. nat. cur. Vol. X. p. 228.). — J. Ph. Wolff de variolis in adulto ex nausea recurrentibus. (Ibid. Vol. V. p. 118.). — M. J. de Man variolae eodem in homine bis observatae. (Nova acta acad. nat. curios. Vol. VII. p. 150.). — Servaas

gare velle, absurdum foret. Haud admodum rara est *infectio* secunda *localis* [59]).

§. XXII.

van de Copello *eenige gevallen van een tweede besmetting der Kinderziekte, door den natuurlyken weg van besmetting.* (*Verhandel. van het Maatsch. te Haarlem. Deel* 8. *St.* 2. *Bl.* 206.). — G. van Doeveren *Verhandeling over de waare Kinderpokjes, die meer dan eenmal denzelfden mensch aantasten.* (Ibid. *Deel* 12. *Bl.* 189.). — Aaskow observatio de variolis secunda vice idem subjectum infestantibus. (Soc. med. Havniensis collectanea. Vol. II. p. 91). — J. Mumssen variolarum bis habitarum vicissitudines et historia. (Acta reg. soc. med. Havniensis. Vol. III. p. 33.). — Ferat *petite vérole confluente chez un sujet qui à l'age de 12 ans en avait essuyé une première de la même espèce, et qui en portait des cicatrices évidentes au visage.* (*Actes de la soc. de médecine de Bruxelles. T.* 2. p. 305. 313.). — Thomas Bateman *a case of secondary small-pox, with references to some cases of a similar nature.* (*Méd. chirurg. transact. Vol.* 2. p. 31.). — J. Sedillot *lettre sur un recidive de petite-vérole.* (Sedillot *rec. périod. de la soc. de médecine de Paris. T.* 54. p. 304.). — C. F. Paullini variolae intra duo decennia quinquies recurrentes. (Miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 6. 1687. Append. p. 12.). — Mercure de France. 1759. p. 143. 145. 154. 173. 175. 188; 1760. p. 143. 165. II. p. 170. — Medicus et Petit *deux lettres, sur les rechutes et la contagion de la petite vérole. Mannh.* 1767. — J. Farion *von zweymaligen Pocken.* 1773. 8. — Girardi *ritornó del vajuolo. Padua* 1776. — De la Roberdière *lettre sur deux petites véroles avec récidives. Vienne* 1780. 8. — Hufeland, in: *Journal der pract. Heilkunde B.* 13. *St.* 3. p. 166. — Oswald, ibid.

§. XXII.

C u r a.

1. Juxta praecepta, ab optimis de therapia variolarum scriptoribus [1]) tradita (quibus praeci- Regulae generales.

P 2 pue

B. 14. *St.* 2. p. 191. — ANDRESSE diss. de variolis eundem hominem pluries infestantibus. Halae 1810. — KÜHN Pr. de variolis bis eundem hominem infestantibus. Lips. 1812. — BARNES, in: *The Edinb. med. and surg. Journal.* 1823. *July.*

59) e. c. in nutricibus infantes variolosos mammis admoventibus. HUFELAND in diario suo 1825. Oct. p. 24.

1) LANTZENBERGER diss. de variolarum et morbillorum curatione. Lips. 1624. — SCHENCK diss. methodus variolarum et morbillorum curativa. Jenae 1665. — T. WHITAKER *an elenchus of opinions concerning the cure of the small-pox. London* 1671. 8. — EYSEL diss. sistens curationem variolarum epidemice grassantium. Erf. 1712. — E. STROTHER *experiensed measures how to manage the small-pox. Lond.* 1721. 8. — E. C. LOEBER *gründliche Anweisung zur gründlichen Blatterncur. Jena* 1730. 8. — LEMKENIUS diss. cautelae quaedam practicae circa curationem variolarum observandae. Gryphisw. 1735. — FALCONET an variolis cujuscunque generis una medendi methodus? Paris. 1740. — GEBAUER *von den Blattern und ihrer Cur. (Erlang. gelehrt. Anzeig.* 1744. p. 85. 93. 101.). — HILSCHER diss. sistens historiam variarum methodorum defendendi a variolis iisdemque medendi. Jen. 1745. — ROSEN diss. de variolis curandis. Upsal. 1754. — LANGRISH *plain directions in regard to the small-pox. London* 1759. — C. L. HOFFMANN *Nachricht von einer guten Heilart der Kinderblattern. Münster* 1764. 4. — B. L. TRALLES epistola ad DE HAEN

pue fautores antiquae insitionis infra commemorandi

de methodo medendi SYDENHAMI, TISSOTI etc. Uratisl. 1764. 8. — B. GALE *extrait des mémoires historiques, concernant la pratique de la petite vérole.* (*Gazette salutaire* 1767). — BOEHMER diss. de tumultuaria variolis naturalibus medendi ratione. Hal. 1769. — SCHRADER diss. de diaeta et regimine in variolis. Rinteln 1772. 4. — T. DIMSDALE *traitement de la petite vérole des enfans. Amsterdam* 1772. — R. BUCHHAVE confirmata methodi *Dimsdalianae* in variolis naturalibus curandis praestantia. (Soc. med. Havniensis collectanea. Vol. I. p. 64.). — TH. SIMSON *remarks on the management of the small-pox.* (*Med. essays and observat. by a soc. in Edinburgh. Vol.* 5. *P.* 2. p. 579.). — H. FOUQUET *traitement de la petite-vérole des enfans* etc. *Montpellier* 1772. — DE HAEN *Abhandlung von der sichersten Heilungsart der natürlichen Pocken. Wien* 1775. — F. M. BAADER *vertraute Briefe über die Pockenkur. München* 1778. 8. — *Sanitäts-Collegii zu Dresden Vorschläge zur Kurart der Blattern. Dresd.* 1778. — FRIES und WIRTENSOHN *Abhandlung wie die Blattern gleich beym Ausbruchsfieber behandelt werden müssen. Magdeburg* 1782. 8. — MARX *Anweisung wie man Blattern auf eine einfache und und wenig kostbare Art behandeln solle. Hannover* 1784. — J. SWAINSON *of the present method of treatment in the measles and small-pox. Lond.* 1787. — J. J. W. DEDEKIND *Curart der natürlichen Pocken. Holzminden* 1791. — *Anleitung zu einer schicklichen und angemessenen Behandlung der Pocken. Halle* 1792. — J. VAN DER BOSCH *Abhandlung über die wahre Beschaffenheit der Kinderpocken und derselben gemächliche und sichere Heilart. Stendal* 1792. — J. F. W. WEISE

randi adscribendi sunt), et propriam experientiam, sequentes stabilimus cardines. In omni variola puritati aëris [2]) et aegroti [3]) maxime studeri debet. Praeterea diu noctuque, si fieri possit ab ipsis parentibus [4]), curandum est, ne aeger, sub stadio suppurationis, pustulas scalpendo laceret atque ita cicatricibus nunquam delendis ansam porrigat. Ad hunc scopum consequendum manus invicem leniter ligari, aut saltem linteis circumdari solent. Tempore aestivo muscae ab aegrorum lecto linteo subtili (vulgò *gaz*), avertuntur. Maxime porro refert, aegrotis animum addere sexuique sequiori venustatis conservationem promittere.

2. *Va-*

Anweisung, wie sich Familienväter und Wundärzte auf dem Lande bey Pocken- und Masernkrankheiten zu verhalten haben. Lübeck und Leipzig 1796. — SCHRÖTER *Vorschrift für den Bürger und Landmann, wie die Blattern zu behandeln. Rinteln* 1798. — B. TERSIER *de Behandeling der Ingeente op the natuurlyke Kinderpokjes toegepat. Haarlem* 1798. 8. — J. H. OBERTEUFFER *Unterricht über die Natur, Behandlung und Erleichterungsart der Pocken. St. Gallen* 1800. — F. BRAUN *Sieg der Vernunft über die Vorurtheile bey Behandlung der blatternden Kinder.* 1803.

2) PAULET diss. an in variolarum eruptione aër exterior Parisiis omni tempore admittenda. Paris. 1772.

3) CORDELLE an in variolis lintea mutanda. Paris. 1731.

4) *Précis d'un mémoire contre l'usage de se confier aux seules gardes dans la petite vérole. (Gazette salutaire* 1761. *No.* 40.).

C. v. simplicium.

2. *Variolae simplices* secundum regulas generales exanthematibus medendi, curantur. Interea magis quam in aliis exanthematibus sub invasionis stadio, *aura frigidiuscula* (inter 12 et 14 gradum thermometri R.) admittenda [5]). Donec igitur variolae prorumpant, aegrotus a lecto diu arcendus est, ludisque aetati propriis, libero sub coelo, si anni tempus faveat, aliàs in amplo sanoque cubili, recreandus. Quo vero tempore variolae efflorescunt, rite monente HUFELANDIO [6]), methodo refrigeratoriae, evolutioni variolarum apud debiliores obstanti, limites ponendae sunt, unde aeger vespertino inprimis tempore lectulo maturius committendus, nec tamen stragulis obruendus est. Absoluto suppurationis stadio, inprimis si plures variolae cutim defoedaverint, lene exhibetur purgans, quod vel peracta exsiccatione a nonnullis repetitur.

C. variolarum inflammatoriarum.

3. Si *variolae inflammatoriae* vis non concedat, ut aeger extra lectum versetur, idem erecto corpore, capite nudato, minimeque tegumentis

5) LEE PERKINS *on the benefit of a free admission of cool air in the small-pox.* (*Med. observat. by a soc. of physicians of London. Vol.* 3. p. 37.). — R. HUCK *account of the effects of freely admitting cold air in a case of the confluent small-pox.* (*Med. observat.* l. c. p. 308.). — LIEBAUT de moderamine caloris in variola, diversisque medicorum de eo praeceptis. Harderov. 1785.

6) l. c. p. 67. 68.

tis obrutus, sedeat. *Venae sectio* testantibus FREIND [7]), ELLER [8]), TRALLES [9]), CULLEN [10]), J. P. FRANK [11]), FERRO [12]) etc. [13]), ac nostrâ experien-

7) Hist. med. 8) l. c. p. 141.

9) *Das Aderlassen, als ein oftmal unentbehrliches Mittel zu einer Blatterkur. Breslau* 1736.

10) l. c. p. 618. 11) l. c. p. 97.

12) Ephemer. med. p. 210.

13) DE VALDES de utilitate venaesectionis in variolis. Hispal. 1583. 4. — HIERAULME ergo variolis apparentibus mittendus sanguis. Paris. 1624. — BIENDISANT ergo erumpentibus variolis, urgente tussi aut alvi profluvio venaesectio repetenda. Paris. 1669. — E. S. GRASS de venae sectione in variolis. (Miscell. acad. nat. cur. dec. I. a. 3. 1672. p. 92.). — MEIBOMIUS diss. de venaesectionis in variolarum curatione usu. Helmst. 1699. — DELLA BONA *dissertazione teorico-pratica dell' utilità del salasso nel vajuolo. Verona* 1704. — BERGER diss. de usu venaesectionis et clysterum in curatione variolarum. Witteb. 1711. — G. H. BURGHART *Schreiben an Tralles, worinn die Nothwendigkeit und Nutzbarkeit des Aderlassens bey den Blattern bestätigt wird. Breslau* 1731. 8. — E. RIBE *Versuch und Probe was für Nutzen das Aderlassen und laxirende Mittel in Kinder-Blattern und Masern verursachen. (Schwedische Akadem. Abhandlungen. J.* 1740. p. 140.). — GUETTARD an variolis male erumpentibus venaesectio. Paris. 1747. — MARBACH diss. de venaesectionis in variolis necessitate. Argent. 1749. — *Sur l'usage de la saignée dans la petite vérole. (Gazette salutaire* 1761. *No.* 12.). — M. R. TORNERO *metodo quirurgico curativo de las viruelas y modo de soccorrer los accidentes que les*

perientiâ, quacunque in aetate, indicatur: si fuerint pulsus pleni, celeres, ac duri, respiratio cita, laboriosa, facies rubra ac valde tumescens, oculi turgescentes rubicundi, calor ardens, aut viscera inflammata. Tantum hîc abest, ut eruptionis opus a venae sectione impediatur, quod nullum istâ tutius ad evolvendas variolas ac ad moderandum pustularum numerum habeatur remedium. Praemissis venaesectionibus *hirudines* in viciniis organorum praecipue affectorum ponuntur; non quidem, ut nuper suasum fuit [14]), ad supprimendam eruptionem variolarum, sed ad debellandas congestiones et phlogoses minoris jam momenti. Ubi erumpentes circa quartum diem variolae caput afficiebant, praesentibus simul calore magno, anxietate ac subsultibus tendinum, cum summo levamine scapulas *scarificari* jussit BAGLIVIUS [15]). Nec stadium suppurationis, ubi inquietudo et febris magna adsint, ac suffocatio timeatur, sanguinis missionem excludit [16]). *Lenia purgantia*, ab

sobrevienen. (*Memor. acad. de la R. Soc. de Sevilla. T. V.* p. 86.).

14) L. JANSON *compte rendu de la pratique chirurgicale de l'Hôtel-Dieu de Lyon pendant* 6 *années. Lyon.* 1824. 8. (Cfr. *Magazin der ausl. Liter. der gesammten Heilk. von* GERSON *und* JULIUS 1826. *März, April.* p. 319.).

15) Prax. med. p. 61.

16) PUJOT ergo etiam post variolarum eruptionem venaesectio. Paris. 1664.

ab aliis sub ipso invasionis stadio commendata, inprimis incipiente in facie exsiccatione, suppressaque salivatione, subsidente simul, sub augmento febris, faciei manuumque tumore, conducunt [17]). Magni vero momenti et a nostra experientia aliorum in aegrotis confirmata est observatio Fr. Hoffmanni [18]), *nitratem potassae* variolarum stadio suppurationis haud quadrare, ac diuresin cum detrimento movere. *Opii* in variolis inflammatoriis usus multis controversiis [19]) locum dedit, duce propriâ experientiâ inde colligimus: hoc remedium neque in mitiori malo [20]), neque ab initio morbi [21]), adhiberi posse; indicari autem a summo dolore ex cute admodum sensili, undique pustulis obsita, ac tensa, — ab irritatione totius systematis nervosi cum summa inquietudine, — a diarrhoea, evidenter vires exhauriente et

17) M. J. de Man purgantium usus in variolarum statu desperatissimo, salivatio in hoc morbo diutissime protracta, nec non febris variolosa intermittens. (Nova act. acad. nat. cur. Vol. VII. p. 152.).

18) Opusc. med. pract.

19) Baron diss. an variolis narcotica. Paris. 1740. — Alleaume an variolis narcotica. Paris. 1771. — De Haes diss. de controversa opii in variolis adhibitione. Ultraj. 1783.

20) Swieten l. c. p. 110.

21) Störk an. med. T. II. p. 158. — Cfr. Hennig diss. de tempestivo opii usu in variolis curandis. Lipsiae 1791. 4.

et a pulsu magis magisque concidente. Dosis, aetati constitutionique aegri accommodata, cum *ipecacuanha* ad vesperas porrigitur. Si febris et sudores inde augeantur, aut salivatio et alvus cohibeantur, mox *clysteribus* et *sero lactis* cum *pulpa tamarindorum* occurrendum est. Quid *mercurius* [22]) hîc valeat, nunquam experti sumus. Devicto plane impetu inflammatorio *vesicatoria* ab Huxham [23]), Macbride [24]), Pott [25]), Cullen [26]), Percival [27]) aliisque [28]) commendantur, si

22) S. Grass de mercurio veneni variolici alexipharmaco. (Miscell. acad. nat. cur. dec. I. a. 3. 1672. p. 93.). — F. Buchard de mercurii dulcis usu in variolis, cum addendis Ros. Lentilii (Ibid. p. 13.). — Van Woensel *observation sur l'efficacité du mercure dans le traitement de la petite vérole, et sur l'utilité de ce medicament administré aux personnes que l'on soumet à l'inoculation.* (*Hist. et mémoires de la soc. R. de méd. a.* 1777 *et* 1778. p. 225.). — Dessessartz *mémoire sur l'emploi des préparations mercurielles dans la petite vérole naturelle.* (Ibid. *T.* 3. *mém.* p. 165.). — Fowler diss. de methodo medendi variolis praecipue auxilio mercurii. Edinb. 1780. — Schierhölz diss. de mercurii usu in variolis. Goett. 1788. — Van Woensel *neue mit dem Mercur in den Blattern gemachte Erfahrungen. Leipz.* 1783.

23) *Philos. transact. No.* 390. 24) l. c. p. 369.

25) *Sammlung auserlesener Abhandlungen für praktische Aerzte. B.* 2. *St.* 2. p. 119.

26) l. c. §. 626.

27) *Sammlung auserles. Abhandl. für pr. Aerzte. B.* 3. *St.* 2. p. 119. 143.

si faciei tumor et ptyalismus evanescant, quin manus et pedes intumescere incipiant. Cutim jam nimis ulcusculis obsessam novis irritamentis excruciare vix licet.

4. Curam *variolarum gastricarum* juxta praecepta generalia absolventes, CULLENIO, *vomitorium* indiscriminatim suadenti [29], non adstipulamur, ac potius sequimur consilia QUARINII [30] et SELLII [31], monentium emeticum, absentibus certis indiciis saburrarum non convenire, licet nausea et vomitus aegrotum vexent. Verminosa complicatio *anthelminthica* [32] exposcit; inter quae *tartritidem stibii et potassae* maxime hic conduxisse vidimus. C. v. gastricarum.

5. *Va-*

28) J. M. VERDRIES de vesicatoriorum usu in variolis et venae sectione in morbillis. (Ephem. acad. nat. curios. cent. 7 et 8. p. 429.). — J. G. HASENEST de singulari et saluberrimo vesicatoriorum usu (in variolis etc.); in: Act. acad. nat. curios. Vol. III. p. 280. — D. G. THEBESIUS vesicatoriorum utilitas in variolis malignis. (Ibid. Vol. X. p. 200.). — BOEHMER diss. de malignitate variolarum tempestivo vesicatoriorum usu avertenda. Halae 1767. — GREINER diss. de vesicatoriorum praestanti usu in variolis, magno pro exstirpatione argumento. Argent, 1769. — KÜSTER diss. de rubefacientium et vesicantium usu in variolis. Erf. 1774.

29) l. c. §. 619. 30) l. c. p. 120. 31) l. c. p. 105.

32) HUFELAND *neueste Annalen der franz. Heilkunde.* B. 3. p. 139. — SCHLEGEL, in: HUFELAND's *Journal der pract. Heilk.* B. 9. St. 1. p. 96.

C. v. nervosarum.

5. *Variolae* jam sub stadio invasionis *nervosae*, teporem lecti, *infusum croci sativi* [33]), vinum calidum, atque sub fortiori extremitatum frigore, tum frictiones, tum fomentationes sive siccas aromaticas, sive cum vino calido exposcunt. Cunctante eruptione variolarum post quartum diem, *balneo tepido* locus est [34]). Quodsi variolae aegre prodeant, colorem lividum, cinereum assumant et vix in pustulam assurgant, ad *camphoram* per os, per anum, ac extus [35]) adhibendam, consilio C. L. Hoffmann [36]), Ferro [37]) et Hufeland [38]) confugiendum est. Sub tremoribus cum pulsu exili sed duro, inaequali *moschus* indicatur. Accedente stadio suppurationis *cortex cinchonae officinalis* (formâ tum *decocti saturati*, tum *extracti* [39])), suffragia Sydenhami [40]), Huxhami [41]),

33) Swieten op. c. Vol. V. p. 70. — Huxham l. c. T. II. p. 133. — Aepli *von den bösartigen Fiebern.*

34) De Meza l. c. p. 74.

35) Solvitur uncia semis camphorae in duobus vitellis ovorum, vel in mucilagine gummi arabici, atque hac solutione imbuitur pannus, quo corpus aegri involvi debet. — Cfr. G. F. H. Brüning observationes circa usum camphorae externum in variolis. (Nova acta acad. nat. cur. dec. III. a. 1. 1694. p. 75.).

36) *Vermischte Schriften.* Th. 1. No. 4.

37) l. c. p. 213.

38) l. c. p. 111.

39) Pro adulto: R. Extracti corticis peruviani drachmas duas. Aquae florum sambuci uncias decem. Syrupi croci unciam unam. M.

40) Op. c. p. 167. 359.

HAMI [41]), HILLARY [42]), WINTRINGHAM [43]), RAHNII [44]), WALLII [45]) aliorumque [46]) jure collegit. Quae ad stadium exsiccationis perducuntur, variolae malignae, hae febris nervosae jam deposuerunt indolem.

6. *Convulsiones*, in variolis simplicibus et inflammatoriis, exposito aegrotulo *aurae frigidae*, — in nervosis, exhibito, consilio HUFELANDII [47]) et WENDTII [48]) *oxydo zinci* [49]), vel *opio*, C. symptomatum.

41) l. c. T. II. p. 59. 42) l. c. c. 9.

43) *Sammlung auserles. Abhandl. für pract. Aerzte. B.* 8. *St.* 1. p. 366.

44) l. c. p. 376.

45) *Philosoph. transact. Vol.* 44. p. 583.

46) De corticis usu in variolis legantur praeterea: J. WALL *letter concerning the use of the Peruvian bark in the small-pox.* (*Philos. transact. y.* 1747. p. 583). — G. BAYLY *on the use of the bark in the small-pox.* (Ibid. *y.* 1751. p. 27.). — ZEVIANI *nuovo uso della china china nel vajuolo.* (*Memor. della soc. Italiana. T.* 1. p. 825.). — A. MONRO *on the effect of the Peruvian bark in gangrenes, ulcers and small-pox.* (*Med. essays and observat. by a soc. in Edinburgh. Vol.* 5. *P.* 1. p. 98.). — J. DE PEREIRA *de el uso de la quina en las viruelas, comprobado con observaciones tenidas en la epidemia del año antecedente.* (*Mem. acad. de la R. Soc. de Sevilla.* 1786. *T.* 5. p. 51.).

47) l. c. p. 122. 48) PLINTA l. c.

49) *Flores Zinci* secunda quaque horâ exhibentur pro puero unius triumque annorum — ad grana duo; a tertio aetatis anno usque ad decimum — ad grana quatuor.

opio, vel *succinate ammoniae empyreumatico* [50]) debellantur. — Deleteriam *diarrhoeam lac vaccinum* [51]), *vesicatorium* regioni hepatis impositum [52]), ac *opium* (etiam ad sedandum *vomitum* usurpatum [53])), compescunt. — *Haemorrhagiae*, nisi effrenae, in variolis simplicibus et inflammatoriis haud cohibendae sunt. Contra in variolis nervosis haemorrhagiae auxilia topica, alibi tradenda, et interna, e. c. *aquam lauri cinamomi*, *tincturam acidi sulphurici aromaticam*, *sulphatem aluminis et potassae* [54]), non neglecta *cinchonâ*, sine mora requirunt. — Ad impediendam *palpebrarum concretionem* [55]), lotio quotidiana oculorum, ope lintei, aqua tepida et lacte madidi [56]);

50) Pro infante quatuor annorum: R. aquae florum sambuci uncias tres. Spiritus cornu cervi succinati scrupulum semis. Syrupi croci unciam unam. M.

51) Lassone l. c. p. 84. 96. — Lac cum *infuso petroselini* miscetur.

52) Triller comment. de pleuritide. §. 5.

53) Drummond apud Duncan. (Med. comment. dec. II. Vol. 4. p. 47.) et Hennig de tempestivo opii usu in variolis curandis. Lips. 1791.

54) Mead op. de variolis. p. 37. — Wall l. c. p. 683. R. infusi rosarum rubrarum libram unam. Aluminis scrupulos duos. Syrupi Alkermes unciam unam. M.

55) J. A. Unzer *Betrachtung, ob es dienlich sey, bey Kindern, die Blattern haben, zu verhüthen, dass ihnen die Augen nicht zuschwären.* (*Hamburger Magazin B.* 10. p. 530).

di [56]); fomenta mollissima palpebrarum; injectio aquae tepidae inter earum commissuras siphone tenuissimo peracta [57]), fotus ex lacte et mucilagine seminum cydoniorum [58]) aliaque [59]) commendata fuere: verum rite monentibus LUDWIG [60]) et NICOLAI [61]) optime res naturae committitur. Bene perpendant hoc consilium auctores [62]) *methodi*

56) ROSENSTEIN l. c. 57) SWIETEN l. c.

58) STÖRK l. c. p. 160.

59) BEER *kurze Anweisung der zweckmässigen Behandlung der Augen während der Blatter-Krankheit. Wien* 1800.

60) l. c. 61) *Pathologie.* B. 2. p. 299.

62) SERRES *méthode ectrotique de la variole, appliquée au traitement de la variole confluente.* (*Archive général de médecine.* 1825. *Juin.*). — VELPEAU *note sur l'emploi des caustiques comme moyen d'arrêter les boutons de la variole.* Et *Rapport sur ce mémoire par* M. M. BRESCHET et HIP. CLOQUET. (*Bulletin de la société philomatique.* 1825. *Juin*). — MEYRANX *mémoire sur la cautérisation des boutons varioliques.* (*Bulletin des sciences médicales.* 1825. *Novembre.* p. 241.). — Legi quoque merentur disceptationes, quae de hoc argumento locum habuerunt in variis concessibus reg. acad. med. Parisiensis, ut videre est ex diariis (*Revue médicale française et etrangère; Bulletin des sciences médicales;* GERSON *und* JULIUS *Magazin der ausl. Lit. der gesammten Heilkunde;* FRORIEP's *Notizen aus dem Gebiethe der Natur- und Heilkunde;* OMODEI *annali universali di medicina, chirurgia e farmacia*) praesertim in fasciculis aa. 1825 et 1826. editis. Meum hac de re judicium adhuc suspendo.

thodi sic dictae *ectroticae*, quâ videlicet pustulae variolosae causticis tractantur. — Urgente ex suppressa salivatione, vel ex muco spisso fauces opplente, *suffocationis periculo*, sub morbo inflammatorio, *venae sectio* et *hirudines* circa collum, aliàs *vesicatorium* sub mento [63]), *injectiones* ex *infuso salviae* aut *sambuci* cum *melle* [64]), *vomitorium* [65]), parvae *antimonialium* doses [66]) et situs aegri pro effluxu salivae idoneus, juvant. Maligna *faucium ulcera*, *acido muriatico* et *melle* curantur. Ad variolas a facie avertendas multa plus minusve inania auxilia proposita fuere [67]), *emplastrum* scilicet tum VIGONIS [68]), tum *mercuriale* [69]) ad faciem obtegendam; unctio abdominis cum *balsamo embryonis* [70]); punctura pedum acu [71]),

Interea timeo, ne impedito processu suppurationis variolarum in superficie corporis externa graviora mala ad interiora oriri possint. Nec satis: agiturne de variolis discretis, an de confluentibus? Primo in casu a singulis pustulis nihil timendum; cur itaque illis causticum admovere? Altero in casu, cutim alioquin exesam adhuc adurere consultum non habeo.

63) CULLEN l. c. §. 626. — PERCIVAL l. c. p. 119.

64) TISSOT *avis au peuple* §. 214.

65) ACKENSIDE *Abhandlung. der Lond. Aerzte* B. 1. p. 80.

66) QUARIN l. c. p. 125.

67) DETHARDING diss. de facie a variolarum insultibus praecavenda. Rostoch. 1754.

68) ZIMMERMANN *von der Erfahrung. Th.* 2. p. 44.

69) ROSENSTEIN l. c. p. 45.

70) Praelectiones in dispensatorium Brandenburg. p. 53.

acu [71]), lotio frigida faciei et *pediluvia* [72]), — *vesicatorium* [73]), sive radix *allii* [74]) ad pedum plantas etc. — Dum variolae praeter modum turgent, ut resorptio puris et erosio cutis praepediantur, tuto et sine periculo majorem cicatricum, ut nonnulli crediderunt [75]), ope lanceolae ad apicem aperiri queunt, cui methodo inprimis SWIETEN [76]), TISSOT [77]), ROSENSTEIN [78]), STOLL [79]), J. P. FRANK [80]) jure favent. *Crustarum rebellium* secessus per *fomenta emollientia* [81]) et *balnea tepida* optime promovetur. *Exulcerationes cutis* vix unguentis [82]), sed naturâ illinito hinc inde lactis cremore [83]) sanantur.

7. In *convalescentia* variolarum non solum transpirationi sed et urinae excretioni studendum est. Subintrante hoc tempore febre inflammatoria, regimen antiphlogisticum, et si opus fuerit, ipsa

C. convalescentiae et reliquiarum.

71) SCHULZER l. c. 72) HUXHAM, MACBRIDE.

73) CLOSSIUS l. c.

74) SYDENHAM in: epistola ad GUGLIELMUM CELLE. p. 439.

75) MEZA l. c. p. 75. — LUDWIG l. c.

76) l. c. 77) l. c. §. 216. 78) l. c. p. 157.

79) l. c. p. 233. 80) l. c. p. 203.

81) STÖRK l. c. p. 189. — QUARIN l. c. p. 127. — RAHN l. c. p. 379. — ROSENSTEIN l. c. p. 155.

82) BATTIE commendavit: R. Olei amygdalarum uncias duas. Spermatis ceti drachmas tres. Olei destillati Rhodii guttas quatuor. M.

83) VOGEL l. c.

ipsa venae sectio [84]) indicantur. Catharticorum usum quidem hîc BROCKLESBY vituperat [85]), at cum SWIETENIO [86]) fatemur, horum remediorum ope hebetudines, *cinchonae* rebelles, auferri. Solum purgatis primis viis huic cortici, nec non *decocto glandium quercus roboris tostarum*, aliisque tonicis cum diaeta lactea locus est. Nisui ad *metastases* decoctum *radicis smilacis sarsaparillae*, *ligni guajaci officinalis*, *balnea tepida*, *ulcera artificialia* opponuntur. *Morbi ex variolis* orti, de quibus pulchre BALDINGER [87]), BÜCHNER [88]), LUDWIG [89]) et NICOLAI [90]) scripserunt, secundum variam eorum sedem et indolem, praeceptis debitis locis tradendis, curantur.

CAPUT

84) HAEN rat. med. T. III. Cap. 2. §. XI. No. 5. p. 87.

85) l. c. p. 241.

86) l. c. §. 1402. p. 127.

87) In praefatione ad TISSOTI et ROSENSTEINII tract. cit. p. 35.

88) De reliquiis variolarum tam praepediendis, quam curandis.

89) De crisibus variolarum accessoriis.

90) l. c. p. 317.

Caput V.

De prophylaxi variolarum speciatim de vaccina.

§. XXIII.

Variolarum exstirpatio, mitigatio, emtio et insitio.

1. Qui terrorem omnibus civium ordinibus a quavis recrudescente variolarum epidemia injectum [1]) perpendit; is de conaminibus tanto flagello argines ponendi [2]), sane non mirabitur, Pro- Exstirpatio.

Q 2

1) Legantur *lettres de madame* de Sevigné aliique temporis *Ludovici* XIV. scriptores, utpote passim terrorem ab ingruentibus variolis in aula regia excitatum vivis coloribus depingentes.

2) Hilscher diss. historia variarum methodorum defendendi homines a variolis, iisdemque medendi. Jenae 1745. — Rosenstein diss. de variolis praecavendis. Upsalae 1751. — C. Medicus *Sendschreiben von Ausrottung der Kinderblattern. Frankf. und Leipzig* 1763. 8. — Richard tentamen juvenile de variolarum exstirpatione quaerenda primum. Monspel. 1764. — Le Camus *projet d'anéantir la petite vérole. Paris* 1767. — Gontard *du traitement et de l'exstinction de la vérole. Lyon* 1768. — J. J. van der Bosch *Proeve over de Voorbehoeding der Kinderpokjes* etc. *Leyde* 1770. — Heerdegen commentat. medic. de variolarum exstirpatione. Altdorf. 1783. — Franc. Gil *dissertazione fisico-medica che addita un metodo si-*

Proposita hoc sub respectu fuere: amuleta [3]), expurgatio funiculi umbilicalis [4]) et repressio sanguinis

curo da preservare i popoli dal vajuolo e di ottenere la di lui totale estinzione. Venezia 1789. Germ. ed. Lipsiae 1795. — FL. L. VON PUFENDORF *Vorschläge zur Ausrottung der Blattern. Braunschweig* 1772. — F. M. SCUDERI *Vorschläge zur Ausrottung der Kinderblattern. Schnepfenthal* 1794. — J. C. W. JUNCKER *Gemeinnützige Vorschläge und Nachrichten über die Pockenkrankheit. Halle* 1795. Ejusd. *Dritter Versuch. Halle* 1796. Ejusd. *Archiv der Aerzte und Seelsorger über die Pockenkrankheit. Leipz.* 1796. — E. HENSCHEL *von den Blattern und deren Ausrottung. Breslau* 1796. — C. H. JANI *was müssen wir bey den jetzigen Bemühungen deutscher Aerzte, die gänzliche Ausrottung der Blattern vorzubereiten, zur Mitwirkung thun? Gera* 1799. — A. CARL *Bemühungen die Blattern zu vermindern und auszurotten. Brünn* 1800. — J. B. GEBEL *Actenstücke, die Möglichkeit der gänzlichen Blatternausrottung und Verbesserung der preuss. Medicinalordnung betreffend. Breslau* 1802. — HOLLÄNDER diss. de restringenda contagii variolosi suscipiendi proclivitate. Fr. ad Viadr. 1802. — HUFELAND *gemeinnützige Aufsätze. Band* 1. No. 2. — F. A. MESMER *über den Ursprung der Blattern und das Mittel dieselben auszurotten. Kempten* 1802. — C. F. DIRUF *Grundlinien zu einer landesherrlichen Verordnung die Ausrottung der Pockenkrankheit betreffend. Götting.* 1807. 8.

3) HASENEST act. med. phys. forensia. II. p. 178.

4) *Bresl. Samml.* 1721. p. 321. — *Hannövrisches Magazin.* 1754. *No.* 25. 1765. *No.* 76. — BOEHMER pr. obstetrix superstitiosa in praecavendis variolis. Wit-

guinis in illum [5]), vesicatoria [6]), lotio neonatorum in aqua salsa [7]), inunctio ope olei [8]), nec non fuga [9]) contagii. Ab hac profecto solâ quid auxilii expectari potuisset, nisi inquilina contagii natura (ante vaccinae inventum) absolute obstitisset [10]).

2. De-

teb. 1767. — ORLANDI de variolarum refellenda inoculatione. Romae 1788.

5) Diss. nova carbunculorum, variolarum et morbillorum inveniendi ratio. Marb. 1776.

6) GREINER diss. de vesicatoriorum praestanti in variolis usu, magno pro exstirpatione argumento. Strasb. 1769.

7) RIEM, in: STARK's *Archiv. B.* 1. *St.* 2. p. 188.

8) *Salzburger med. chir. Zeitung.* 1794. *III.* p. 209. — 1795. *II.* p. 451. — 1802. *B.* 2. p. 130.

9) C. CACHET *vrai et assuré préservatif de la petite vérole et rougeole. Toulouse* 1617. 8. — PAULET, in: *Journal de médecine. T.* 47. p. 21. Ejusd. *le seul préservatif de la petite vérole. Paris* 1776. — *Gazette de santé.* 1777. — J. HAYGARTH *Untersuchung wie den Blattern zuvorzukommen seye. Berlin und Stettin* 1786. — B. CH. FAUST *Versuch über die Pflicht der Menschen, jeden Blatternkranken von der Gemeinschaft der Gesunden abzusondern. Bückeb.* 1794. Ejusd. *Gesundheitscatechismus. Bückeb.* 1794. — Ejusd. *an den Congress zu Rastatt.* Vide: BALDINGER's *neues Magazin. B.* 20. p. 83.

10) J. J. GARDANE *mémoire dans le quel on prouve l'impossibilité d'anéantir la petite vérole. Paris* 1768. — AUTENRIETH epistola de dubia variolarum exstirpatione. Vitemberg. 1796. — K. W. NOSE *der Werth der Anstalten gegen das Blatternübel. Francf.* 1800.

Mitigatio. 2. Desideria itaque se restrinxerunt (quod probe notandum) ad detegendos modos *mitigandi* vim variolarum, aut saltem earum *suppurationem praepediendi* [11]). Magnum hoc beneficium expectabatur ab *aqua picea* [12]), *mercurio* [13]), *cortice cinchonae officinalis* [14]), aliisque a SCHULZENHEIM collectis [15]); sed spes ab istis beneficium obtinendi, plane defraudata est.

Emtio et insitio variolarum. 3. Rebus ita se habentibus, homines, ut hostem, quem vincere haud potuerant, saltem placarent, *emtione* [16]) et *insitione* variolarum illius sese manibus ultro tradiderunt. *Insitio* multis retro seculis, populis *Sinae* [17]) et *Indiae* [18]), et

11) Hunc scopum attingere sategerunt: BOERHAAVE (Aphorismi de cognosc. et cur. morbis. §. 1389. 1392). — LOBIUS (l. c. §. 574.). — SCHREIBERUS (De peste. p. 47.) etc.

12) PRIOR *narrative of the success of Tar-water.* 1746.

13) WOENSEL *neue mit dem Mercur in den Blattern gemachte Erfahrungen. Leipz.* 1783. Et THOMASSEN A THUESSINK op. infra citando.

14) MEDICUS l. c. p. 825.

15) *Unterricht von der Einpfropfung der Pocken.*

16) A temporibus immemorabilibus varias apud gentes, adventante epidemia *benigna* variolarum, parentes liberos adhuc intactos, proposita mercede, contagio exponere solebant.

17) *Lettres édifiantes et curieuses. T.* 21. p. 5.

18) WOODVILLE *history of the inoculation of the small-pox. London* 1795.

et jam dudum iis *Georgiae* et *Cereetiae*[19]), nec non *Graeciae*[20]), nota, ac *Byzantii* versus finem seculi decimi septimi et initium octavi vulgatissima, opera, si fides habenda sit, EMANUELIS TIMONIS[21]) in Europa, matronaeque WORTHLY MONTAGUE[22]), proprios filios illi subjicientis, a. MDCCXXI in Anglia innotuit ac praemissis nonnullis felicissimis periculis in hominibus criminum capitalium reis, primum pro sex orphanis, et dein pro Regia prole in usum deducta fuit[23]). Porro insitio in Galliam[24]), Ger-

19) AUBRY DE LA MOTRAYE *voyages en Europe, Asie et Afrique Vol.* 2. p. 98. *Haye* 1727.

20) Teste CARBURI. Vid. DE LA CONDAMINE, in: *Mémoires de l'acad. des sciences à Paris.* 1758. p. 721.

21) Lego in: HUFELAND's *Journal der pr. Heilkunde* (1826. *April.* p. 89.), inter: *Praktische Miscellen älterer und neuerer Zeit von Dr.* HINZE sequentia, nullo ceterum indicato fonte: „*Der erste, welcher das Einimpfen der Blattern in Europa bekannt machte, war Imanuel Timonis, ein griechischer Arzt zu Konstantinopel, welcher diese Kunst, im J.* 1713. *den Universitäten Oxford und Padua, deren Mitglied er war, freiwillig mittheilte.*“

22) *Letters written during her travels in Europe, Asia and Africa. Vol.* 2. *letter* 31. *London* 1763.

23) JURINE (*Philosophical transact. Vol.* 32. p. 213.); — MAITLAND *account of inoculation the small-pox vindicated. Lond.* 1722.

24) Opera DE LA COSTE, ASTRUC, DODART, CHIRAC. — Ab anno 1763. usque ad a. 1769. inoculatio jussu superioris regni curiae prohibita erat.

Germaniam [25]), Italiam [26]), Daniam et Sueciam [27]), Hispaniam [28]), Americam [29]) perducta est, quin tamen in Anglia ante a. MDCCXXXVI et Episcopi ISAACI MADDOXI conamina [30]) floruerit. Hîc enim sicuti in aliis regionibus nova methodus haud paucos obtrectatores [31]) variis argumentis eam vilipendentes invenit [32]), inter quae argumenta illud solum, quod insitio periculum variolas suscipiendi perpetuo foveat [33]), magni ponderis

25) A. 1724. conaminibus MAITLANDI et ELLERI.

26) A. 1750. opera inprimis uxoris Marchionis BUSSALINI.

27) A. 1754. circiter. Vid. MURRAY historia insitionis variolarum in Suecia. Goett. 1767.

28) A. 1771. nisu GORMANI. Vid. WOODVILLE op. c. p. 295.

29) A. 1764. opera TENNENTI (WOODVILLE l. c. p. 279.), et FRANKLINI (SPRENGEL *Versuch einer pragmat. Geschichte der Heilkunde* B. 5. p. 561.).

30) Nosocomium, exclusive inoculationi variolarum et variolis dicatum (*The Middlessex - County - hospital for small - pox*), condidit.

31) Huc pertinent inprimis: MASSEY (*Sermon against inoculating the small - pox. Lond.* 1722), HOWGRAVE (*Reasons against the inoculation of the small - pox. Lond.* 1724), HAEN (Quaestiones saepius notae super method. inoculandi variolas. Vindob. 1757). — *Refutation de l'inoculation. Vienne* 1759).

32) Haec argumenta, utpote in citato opere SPRENGELII, in omnia fere idiomata verso, abunde et docte exposita, silentio praetereo.

33) Facile hinc explicatur RASTII assertio: inde ab a.

deris erat. Reliquas enim objectiones plane diluerunt insitionis coryphaei DE LA CONDAMINE 34), TISSOT 35), GATTI 36), SUTTON 37), DIMSDALE 38), TRALLES 39), CAMPER 40), HENSLER 41), MANETTI 42), HUFELAND 43) aliique. Revera inoculationis ope morbus levior fiebat 44), alteram infe-

1721, ubi inoculatio Londini introducta est, plures quam antea ex variolis demortuos esse (*Réflexions sur l'inoculation de la petite vérole. Lyon* 1763). Lege de hoc argumento et *Salzburger med. chir. Zeitung.* 1793. p. 200.

34) *Lettres à Mr.* MATTY *sur l'état présent de l'inoculation en France. Paris* 1764. — *Histoire de l'inoculation de la petite vérole. Lyon* 1772.

35) *Lettre à Mr.* DE HAEN *en réponse à ses questions.* 1759.

36) *Lettre à Mr.* ROUX. *Paris* 1763. — *Réflexions sur les préjugés, qui s'opposent aux progrès et à la perfection de l'inoculation. Bruxelles* 1764. — *Nouvelles réflexions sur la pratique de l'inoculation. Paris* 1767 — Versio German. auctore WAGLER. Hamburg. 1772.

37) *Le secret des Suttons devoilé. Haye* 1774.

38) *Schriften über die Einpfropfung der Blattern. Leipz.* 1782.

39) l. c. 40) l. c.

41) *Briefe über das Blatterbelzen. Altona* 1765.

42) *Dell'inoculazione del vajuolo. Firenze* 1761.

43) *Ueber die wesentlichen Vorzüge der Inoculation. Leipzig* 1792.

44) Ex decem millibus septingentis ac viginti hominum inoculatorum, dumtaxat viginti quinque mortui sunt. (HENSLER l. c. p. 174.).

infectionem, aeque ac variolas spontaneas avertebat [45]), ac anni tempore et aetate minus adversantibus, produci poterat ad libitum. Eligebantur nempe inprimis ver, atque vel primi quatuor vitae menses [46]), vel tempus, quo dentitionis opus absolutum est [47]), ac evitabantur periodi pubertatis, menstruationis, graviditatis et puerperii. Ipsa insitio, laesa epidermide brachii, aut lanceolae [48]), aut vesicatorii [49]) ope, ac introducto pure ex variola benigna [50]), tempore, quo febris eruptiva adhuc aderat [51]), desumto, non sine praevia in sanis praeparatione, perficiebatur.

Abso

45) Exempla secundae infectionis post variolas insitas narrantur a Hugo (*Lond. med. and phys. Journ. by* Fothergill *and* Want. *Dec.* 1814), Henderson (Thomson op. in cap. VII. citando), Thom. Barnes (*The Edinb. med. and chir. Journal No.* 59. 76. 1822), John Forbes (*Lond. med. repository. Sept.* 1822).

46) Hufeland l. c.

47) Fordyce *Sammlung auserles. Abhandl. für pr. Aerzte. B.* 11. p. 559.

48) Camper, Dimsdale.

49) Caldani — *Inesto felice del vajuolo* 1768. — Balz diss. de praestantia methodi, variolas ope vesicatorii inserendi. Stuttgard. 1792.

50) Quamvis enim et pus ex variola maligna depromptum posse optimam excitare variolam constet, attamen et contrarii habentur exempla. (Hufeland l. c. p. 73. — Devèze *traité de la fièvre jaune. Paris* 1820. p. 142.).

51) Camper l. c. p. 84.

Conspectus comparativus variolarum naturalium, variolarum insitarum et vaccinae insitae, respectu effectuum illarum in singulos homines et in societatem.

	Historia.		Rerum positiones concomitantes et subsequentes singulos hos morbos, praeter contagium et mortalitatem.								
	Character generalis.	Mortalitas.	Periculum.	Eruptiones.	Inclusio.	Temporis jactura.	Sumtus.	Cautelae.	Cura medica.	Deformitates.	Morbi posthumi.
Variolae naturales.	*Duodecim* abhinc *seculis* hic morbus innotuit propter perpetuas strages, necans omni anno partem immensam incolarum orbis! *Morbus contagiosus;* quandoque mitis; sed plerumque *violentus, dolorificus, abominabilis* et *vitae insidiosus.*	*Unus* inter sex, qui morbo laborant, *moritur.* Atqui dimidium generis humani eodem afficitur; ergo *unus* e *duodecim* stirpis humanae *uno morbo* perit. Londini 3000 quotannis. In regno unito 40,000.	*Unus* inter *tres* morbum patitur sub *periculosa forma.*	*Eruptiones numerosae dolorificae* et *molestae.*	*Inclusio, temporis jactura* et *sumtus* (singulis hominibus, familiis et municipiis etc. molesti) plus minus conspicui.			Cautelae utplurimum *inefficaces.*	Cura medica *necessaria,* tam sub ipso morbo quam postea.	*Foveae, cicatrices* cutim, praesertim *faciem,* defoedantes.	*Scrophula* sub quavis forma. *Morbi cutis, glandularum, articulorum* etc. *Coecitas, surditas* etc. etc. etc.
Variolae insitae.	*Morbus contagiosus:* Utplurimum *mitis;* sed hinc inde *violentus, dolorificus, abominabilis* et *vitae periculo* stipatus. Quum insitio *variolarum* dumtaxat partim recepta fuerit, factum est, ut illius ope infectio spargeretur, aucta inde generali mortalitate. Londini (juxta schedas mortuarias) ratio augmenti hujusmodi ut *septemdecim* ad *centum.*	*Unus* e *trecentis* insitis *moritur.* Londini probabiliter *unus* inter *centum.*	*Unus* inter *triginta* aut *quadraginta* patitur morbum sub *forma periculosa.*	Eruptiones majori minorive copia, constanter.	*Inclusio, temporis jactura* et *sumtus* utplurimum *sat conspicui.*			Necessaria *praeparatio* per *diaetam* et *medicamina.* Cura evitandi certa anni tempora, ut maximos caloris et frigoris gradus; certas periodos vitae, ut teneram infantiam et provectam senectutem; et certas corporis conditiones, uti infirmitates in genere, dentitionem, graviditatem, etc.	Cura medica utplurimum *necessaria.*	*Deformitates* locum obtinentes, ubi morbus *gravis.*	Morbi posthumi ejusdem ac supra generis, quamvis rariores.
Vaccina insita.	*Non contagiosa:* et sub debito moderamine uniformiter *mitis, innocua,* raro *dolorifica, periculi expers* et *tutissimum prophylacticum variolarum.* Jam a longa annorum serie *vaccina* fortuito recepta, pro *prophylactico* adversus omnem futuram accessionem *variolarum* habita est. Plurimi vaccarum curae intenti, qui vaccinam jam in juventute experti sunt, ad aetatem provectam usque, quin unquam variolas susceperint, pervenerunt.	*Nunquam funesta.*	*Nullum periculum.*	*Una tantum* pustula in loco *insitionis.*	Neque *inclusio,* neque *temporis jactura,* neque *sumtus.*			Nulla alia cautela, praeter *moderamen insitionis.*	*Nulla opus medicina.*	*Nulla* subsequens *deformitas* aut *defoedatio.*	*Nullus morbus posthumus.*

Absoluto primi nychthemeri curriculo, locus insitionis microscopio examinatus, cutem aliquantulum rugosam et colore ex flavo bruneo notatam exhibebat. Sic et secundo tertioque die: quarto rubedo et pruritus circa locum affectum prodibant. Quinto vesicula (*variola mater*), saepe catervâ vesicularum circumdata, in conspectum veniebat. Sexto sive septimo, interdum nono vel decimo die, symptomata stadii invasionis praevio axillarum dolore ingruebant. Reliquum curriculum utplurimum, sicuti in variolis simplicibus, observabatur. Novum autem ac immortale inventum, methodum ipsas variolas inserendi, nostris temporibus plane supervacaneam ac omnino rejiciendam reddidit [52]). Loquimur

§. XXIV.

De vaccina.

1. Vaccinam antiquitus Romae [1]), in India [2]), Germania [3]) et Gallia *) notam fuisse contendi- Inventi ratio et historia.

52) Tabula hîc annexa a Dre J. Addington exarata, ac jussu consilii medici R. societatis Jennerianae Londinensis publici juris reddita, etiamsi assertiones ibi allatae hinc inde limitandae sint, sententiam expositam justificat.

1) Tommaso Prelà (*Archiatro di Pio VII.*) *Il Boa di Plinio, congettura su la storia della vaccinazione. Discorso letto all' academia dei Lincei di Roma nell' adunanza del 5. Agosto* 1824. *Milano* 1825.

2) *Courrier de Madras.* 12. *Janvier.* 1819. v. *Asiatick*

tenditur. De inventoris gloria inde neque hilum derogaretur [4]). Interea constat a remotissimis usque temporibus conductores in comitatu *Glocester* compertum habuisse dari inter vaccas morbum, anglice *cow-pox* (*variolae vaccarum*), *vaccinam* scilicet [5]), mammas horum animalium aggredientem, manus et brachia hominum ea mulgentium, si necdum variolas perpessi essent, invadentem, illisque immunitatem adversus hocce exanthema conciliantem. Popularis haec observatio a SUTTONIO et FAUSTENO confirmata ac societati

Journal. No. XLIII. 1819. p. 27. (Notitia inveniri dicitur in opere *Sanctéya-Grantham*).

8) *Allgemeine Unterhaltungen. Göttingen St.* 39. §. 3. p. 306. 307. *den* 24. *März* 1769. — JUNCKER *Oeffentliche Anstalten.* — TODE *Medicinisch-chir. Journal. B.* 5. *St.* 3. p. 1. 77. — HUFELAND'S *Journal der pr. Heilk.* 1825. *October. p.* 110. — FR. LÜDER'S vacciolarum nativarum historia, cuncta quae de hoc morbo hucusque innotuerunt continens. Kiel. 1826.

*) „. . . *C'est en France, et en* 1781, *que (en Europe) l'idée première de transporter l'éruption de la vache sur l'homme, pour préserver de la variole, a été émise par* RABAUT-POMMIER, *ministre protestant.*" (*Bulletin des sciences médicales. No.* 7. *Juillet* 1826. p. 298.).

4) „*Cadevano i gravi abbandonati a se anche prima del secolo di Galileo, ma Galileo solo scoprì le leggi della loro caduta, per cui ne derivò tanto vantaggio alla fisica.*" (SACCO op. citando. p. 33.).

5) GERM. *Die Kuhpocken;* GALL. *La vaccine;* ITAL. *Il vaccinio;* ROSS. Коровья предъохранительная оспа. POLON. *Krowia ospa.*

cietati medicae Londinensi a. MDCCLXVIII communicata fuit. Nihilominus res isthaec, ac si ea vel probabilitatis notâ destitueretur, usque ad a. MDCCXCV, quo ADAMS illius per transennam meminit [6]), derelicta jacere videbatur, donec Vir summus, ad reparandum genus humanum *) bellis exhaustum coelitus missus, EDUARDUS JENNER (natus die XVII Maii a. MDCCXLIX in urbe Berkeley, mortuus die XXVI Januarii a. MDCCCXXIII Londini), facultatem vaccinae inhaerentem contra variolas praemuniendi, quam privatis tentaminibus ab a. MDCCLXXVI institutis detexerat, a. MDCCLXXXVIII peculiaris medicorum societatis examini submiserat [7]) ac a. MDCCXCVIII publici

6) *Observations on morbid poisons, phagedaena and cancer. Lond.* 1795.

*) G. BLANE *select dissertations on several subjects of medical science. Lond.* 1822. p. 334. — IRENÉE JACQUIN *observations pratiques sur la vertu spécifique de la vaccine contre la petite vérole. Valence* 1822. — T. M. GREENHOW *an existimate of the true value of vaccination as a security against small-pox. London* 1825. — J. L. CASPER commentationes politico-medicae in mortalitatem civium Berolinensium hucusque demonstrata. Berol. 1824. Ejusd. *Ueber die Sterblichkeit in Berlin.* In: *Beyträge zur med. Statistik und Staatsarzneykunde. Berlin* 1825. — G. TERMANINI *discorso sopra la vaccina.* In *nuova collezione di opuscoli scientifici.* p. 211.).

7) JOSEPH FRANK'S *Reise nach Paris, London. Th. I.* p. 272.

publici juris reddidit [8]). JENNERI experimenta WOODVILLE die XXI. Januarii a. MDCCXCIX in nosocomio Londinensi variolis dicato repetiit; verum, quoniam debitas neglexerat cautelas, factum est, ut variolae in vaccinandis jam latentes, sub ipso vaccinae curriculo in conspectum venerint [9]). Detecta erroris caussa, ac novis institutis periculis, WOODVILLE ad opinionem JENNERI accessit [10]). Idem GEORGIUS PEARSON [11]) fecerat, qui tandem ob caussas alibi expositas [12]), obtrectator vaccinae inventoris redditus est. Jam vero die II Junii MDCCCII Parlamentum JENNERO publice remunerationem decrevit, ac mense Januario MDCCCIII sub tutela magnae Britanniae Regis, institutum vaccinationis, JENNERI nomen ferens, super ipsa rudera alterius ejusdem naturae

8) *Inquiry into the causes and effects of the variolae vaccinae.* *Lond.* 1798. — *Further observations on the variolae vaccinae.* *Lond.* 1799. — *A continuation of facts and observations relative to the variolae vaccinae.* *Lond.* 1800.

9) *Reports of a series of inoculations for the variolae vaccinae, or cow-pox, with remarks and observations on this disease, considered as a substitute for small-pox.* *Lond.* 1799. Versio exstat germanica auctore FRIESE. *Breslau* 1800.

10) *Observations on cow-pox.* *London* 1800.

11) *Untersuchungen über die Geschichte der Kuhpocken.* *A. d. Engl. von* J. F. KÜTTLINGER. *Nürnberg* 1800. Quo utor.

12) JOSEPH FRANK's *Reise.* l. c.

rae instituti, quod primum memoratus PEARSON, inscio JENNERO fundaverat, conditum est. Vaccinae negotium tandem magis magisque in Anglia promoverunt SIMMONS [13]), FERMOR [14]), LOY [15]), AIKIN [16]), THORNTON [17]), ADDINGTON [18]), RING [19]), LETTSOM [20]), JAC. BRYCE [21]), FRAZER [22]), J. COOPER [23]) etc. atque doctissime illustravit R. WILLAN [24]).

13) *Reflexions on the propriety of performing the Cesarean operation, to which are added observations on cancer and* e x p e r i m e n t s o n t h e s u p p o s e d o r i g i n e o f c o w - p o x. *Lond.* 1798.

14) *Reflexions on the cow-pox. Lond.* 1801.

15) *Account of some experiments on the origine of cow-pox. Witby* 1802.

16) *A concise view of all the most important facts which have hitherto appeared concerning the cow-pox.* 2. *edition. Lond.* 1801.

17) *Facts decisives in favour of the cow-pox. Lond.* 1802.

18) *Practical observations on the inoculation of the cow-pox. Birmingham* 1802.

19) *Treatise on the cow-pox* etc. *Lond.* 1803. — *An answer to Dr.* GOLDSON, *proving that vaccination is a permanent security against the small-pox. Lond.* 1804. — *An answer to* MOSELY *containing a defence of vaccination. Lond.* 1805.

20) *Apology for differing in opinion from the authors of the monthly and critical reviews. Lond.* 1803.

21) *Practical observations on cow-pox. Edinb.* 1803. (Exstat versio germanica auctore FRIES. *Breslau* 1803).

22) *Observations on vaccine inoculation tending to confute the opinion of* ROWLEY. *Lond.* 1805.

23) *Vaccination vindicated.*

LAN 24). Verum nec adversarii, inter quos GOLDSON 25), ROWLEY 26), MOSELY 27) et SQUIREL 28) meminisse sufficiat, defuere 29). Eorum autem tentamina impedire haud poterant, quominus praevio severo et publice, jussu supremo, instituto vaccinationis examine 30), inventor, ut luculen-

24) *Treatise on vaccine inoculation. Lond.* 1806. Versio germanica (qua utor) auctore MUEHRY. *Gött.* 1808.

25) *Cares of small - pox subsequent to vaccination. Portsea* 1804.

26) *Cow - pox inoculation no security against small-pox infection. Lond.* 1805.

27) *Treatise on the lues bovilla or cow-pox. Lond* 1805.

28) *Observations on the cow - pox, with cases, to prove that it is no security against the small - pox. Lond.* 1805.

29) Ecce locum epistolae mihi de hoc argumento scriptae: . . . . . „*Some silly men here have written some silly books, and it is astonishing to see what an effect these abominable productions have had on the minds of the common people. One of their stratagems is to make them believe that vaccination will convert their children in cows and bulls. Prints of children actually in a state of conversion are held up to public view. Is not this too ridiculous, or rather too shocking as the effect is murderous? Our practice be assured never stood on more lofty, or firmer ground. My own vaccinations at this time, with the occasional aid of two or three young men, my nephews, exceed* 20,000. *And these have been conducted without failure or accident of any kind*" . . . .

London June 29. 1806.

E. JENNER.

30) *The evidence at large as laid before the comitee of*

culentissimum gentis Anglicanae grati animi extaret testimonium, novis auctus fuerit remunerationibus. Vaccina citissime *Galliam* attigit, ubi sub patrocinio DE LA ROCHEFAUCAULT-LIANCOURT, adjuvantibus THOURET 31), AUBERT 32), COLON 33), HUSSON 34), HALLÉ 35), VALENTIN 36), et inprimis ODIER 37), irritis tentaminibus adversariorum, VAUME 38) scilicet, VERDIER 39), CHAP-

the house of commons, respecting Dr. JENNERS *discovery of vaccine inoculation. Lond.* 1805. — *Report of the R. Jennerian society, in monthly magazine.* 1806. — *Report of R. college of physicians of London on vaccination.* 1807.

31) *Salzburger med. chir. Zeitung. B.* 4. p. 236.

32) *Rapport sur la vaccine* etc. *à Paris* 1800.

33) *Essai sur l'inoculation de la vaccine. Paris* 1800. — *Recueil d'observations et de faits relatifs à la vaccine. Paris* 1801.

34) *Récherches historiques et médicales sur la vaccine. Paris* 1801.

35) *Mémoire de l'institut national de France* 1807. *Juillet.* Et: *Bericht des Nationalinstituts über die Kuhpocken, vom* 17. *August* 1812. in: HUFELAND'S *Journal der prakt. Heilkunde.* 1813. *Januar.* p. 108.

36) *Résultats de l'inoculation de la vaccine dans les départements de la Meurthe. Paris* 1802.

37) *Rapport sur la vaccine. Génève a.* 1808.

38) *Réflexions sur la nouvelle méthode d'inoculer la petite vérole avec le virus des vaches. Paris* 1799. — *Les dangers de la vaccine démontrés par des faits authentiques. Paris* 1800.

CHAPPON [40]), MOULET [41]), tum Regiminis, tum Nationis suffragia obtinuit. — In *Germania* vaccina primum Vindobonam et Hannoveram mense Maio MDCCIC pervenit, ac opera DE CARRO [42]), FERRO [43]), CARENO [44]), BREDISER [45]), PORTENSCHLAG [46]), BALLHORN et STROMEYER [47]) inclaruit. Brevi post in reliqua Germania innotuit per HESSERT et PILGER [48]), HIMLY et ROSE [49]), SÖMMERRING et LÖHR [50]), HEIDI [51]), HUFELAND [52]), JOERDENS [53]),

39) *Tableaux analytiques et critiques de la vaccine. Paris l'an* 9.

40) *Traité historique des dangers de la vaccine. Paris* 1803.

41) *Récherches sur les préjugés et les systèmes en médecine et doutes sur la vaccine. Paris l'an* 9.

42) *Observations et expériences sur la vaccine.* 2. *edit. Vienne* 1802.

43) *Ueber den Nutzen der Kuhpocken-Einimpfung Wien* 1802.

44) *Ueber die Kuhpocken. Wien* 1801.

45) *Die Kuhpocken als Staatsangelegenheit betrachtet. Wien* 1806.

46) *Beytrag zur Geschichte der Kuhpocken in Oestreich. Wien* 1801.

47) *Traité de l'inoculation de la vaccine. Leips.* 1801.

48) *Einige Worte über die Kuhpocken und deren Impfung. Giesen* 1800.

49) *Ueber das Impfen der Kuhpocken. Bremen* 1801.

50) *Prüfung der Schutzblattern durch Einimpfung mit Kinderblattern. Frankf.* 1801.

51) HUFELAND's *Journal der prakt. Heilkunde. B.* 19. *St.* 1. p. 55.

DENS [53]), OSIANDER [54]), FAUST [55]), ECKER [56]), GOLDSCHMIDT [57]), STRUVE [58]), FRIESE [59]), DOMEIER [60]), SCHAEFFER [61]), SACHSE [62]), HEINZE [63]), SCHÜTZ [64]), G. H. MASIUM [65]), aliosque, quorum elenchus apud HUNOLDUM [66]), HECKERUM [67]) et

R 2

KÜHN [68])

52) Ibid. *B.* 10. *St.* 2. p. 163.

53) *Apologie der Schutzblattern. Altenburg* 1801.

54) *Abhandlung über die Kuhpocken. Götting.* 1801.

55) *Ueber die Kuhpocken und deren Einimpfung. Bückeburg* 1801.

56) *Ueber die Kuhpocken und deren Einimpfung. Freiburg* 1801.

57) *Allgemeine Uebersicht der Geschichte der Kuhpocken. Frankf. am Main* 1801.

58) *Anleitung zur Kenntniss und Impfung der Kuhpocken. Breslau* 1802.

59) *Schlesisch - Südpreussisches Archiv der die Ausrottungspocken betreffenden Erfahrungen und Verhandlungen. Breslau* 1802.

60) *Hebung einiger Besorgnisse, welche die Impfung der Kuhpocken etwa verursachen mögen. Berlin* 1802.

61) *Beytrag zur Theorie der englischen Pockenimpfung. Regensb.* 1802.

62) *Beobachtungen und Bemerkungen über die Kuhpocken. Berlin* 1802.

63) *Geschichte einer Blatternimpfung mit Kuhblatternlymphe. Hamburg* 1802.

64) *Unterricht für das Publikum über das neulichst entdeckte sichere Mittel die Blattern zu verhüthen. Bruchsal* 1802.

65) *Untersuchungen und Beobachtungen über natürliche, zufällige und geimpfte Blattern. Leipzig* 1803.

66) *Annalen der Kuhpockenimpfung. Fürth* 1801.

Kühn [68]) invenitur. Inter adversarios solummodo Herz [69]), Mattuschka [70]), Piderit [71]) et quodammodo Goelis [72]) numerantur. Etiam ad *Italiam* vaccinae notitia mox perlata est, testantibus Batt [73]), Brera [74]), Palloni [75]), Fanzago [76]), Moreschi [77]), Pagani [78]), Marschall [79]), Tantini [80])

67) Kopp *Jahrbücher*, B. 1. 2. — *Kritische Jahrbücher der Staatsarzneykunde. Berlin* 1806.

68) Collectaneorum de morbo vaccino - varioloso. Continuat. 1. Lips. 1810.

69) *Ueber die Brutalimpfung und deren Vergleichung mit der humanen. Berlin* 1801.

70) *Ueber Blatterausrottung, Blattern- und Kuhpocken-einimpfung. Prag* 1803.

71) *Medicinische Beobachtungen. Cassel* 1805.

72) *Gutachten der medicinischen Facultät in Wien über die von Dr.* Gölis *gegen die Vaccine gemachten Einwürfe.* (*Medicinische Jahrbücher des k. k. Oesterreich. Staates.* B. 1. *St.* 3. p. 110.).

73) *Giustificazione dell' inesto della vaccina. Genova.*

74) *Avviso al popolo sulla necessità di adottare la vaccina. Crema* 1801.

75) *Memoria sopra l'inoculazione della vaccina in Toscana. Firenze* 1801.

76) *Memoria storica e ragionata sopra l'inesto del vajuolo vaccino. Padova* 1801.

77) *Avviso al publico sul preservativo al vajuolo. Venezia* 1801. — *Conferma della mirabile facoltà della vaccina.*

78) *Raguaglio della vaccina in Friule* 1801.

79) *Osservazioni sopra il vajuolo vaccino. Palermo* 1801.

-TINI [80]) et prae omnibus SACCO [81]). Praecipuus hic adversarius PENADA [82]) erat. De vaccinae introductione aeque ac de illius doctrina praeterea bene meruere: inter *Hispanos* — DIEGO DE BANCES [83]), PEDRO HERNANDEZ [84]); inter *Batavos* — DAVIDS [85]), VAN DEN BOSCH [86]), THOMASSEN A THUESSINK [87]), aliique, quorum ratio apud DÖRING invenitur [88]); inter *Polonos* — DE LA FONTAINE [89]), BECU [90]); inter *Danos* et *Suecos* — VIBORG [91]),

80) *Replica al ragionamento del Sigr. Dre* CARLO PUCCIARDI. *Pisa* 1812.

81) *Istruzione e regolamento sul vaccino. Milano* 1801. — *Memoria sul vaccino, unico mezzo per estirpare radicalmente il vajuolo umano, diretta ai Governi che amano la prosperità delle loro nazioni Milano* 1803. — *Trattato di vaccinazione con osservazioni sul Giavardo e vajuolo pecorino. Milano* 1819. Versio germanica exstat auctore SPRENGEL. *Leipz.* 1812.

82) *Riflessi sul inesto della vaccina. Padova* 1801.

83) *Tratado de la vaccina. Madrit* 1802.

84) *Origen, descubrimiento y progressos de la inoculacion de la vaccina. Madrit* 1802.

85) *Staat der vaccine in ons Land. Haarlem* 1801.

86) *Programma van het Haarlemsch Institut van der vaccinatie. Haarlem* 1801.

87) *Geneeskundige Magazin.*

88) *Journal für die neueste Holländische medicinische und naturhistorische Literatur. Herborn und Hadamar* 1802.

89) *Dziennik zdrowia dla wszystkich stanow. w Warszawie* 1801.

90) *O wakcynie. w Wilnie* 1803.

VIBORG 91), SCHEEL 92), C. ZETTERSTRÖM *). Ad *Rossiam* vaccina illico ex Anglia allata fuit et a diva *Imperatrice* MARIA FEDOROWNA, non solum jussu, sed operâ etiam, in omnibus vastissimi imperii partibus divulgata. Inter medicos hìc excelluere: BUTTAZ 93), HUHN 94), REHMANN 95). — Ad *Persiam* et *Indias* vaccina per Dr. DE CARRO conamina sibi viam stravit 96). In *America* eam praecipue WATERHAUS divulgavit 97). Conditio doctrinae vaccinae hodierna jam per se novum aeque ac vastum scientiae efficientis campum 98) optime per opera MOORE 99) et KRAUSS 100) digno-

91) *Beweis dass die Blattern eine den Menschen und Thieren gemeine Krankheit sind.* (*Nord. Archiv von* PFAFF, SCHEEL *und* RUDOLPHI. *Kopenhagen* 1801. *B* 2. *St.* 2.).

92) *Geschichte der Vaccination in Dänemark.* (Ibid. *B.* 3. *St.* 2.). *Geschichte der Kuhpocken in Schweden* (ibidem).

*) Initia vaccinationis in Suecia. P. I — XX. 1821.

93) увѣдомленіе о предохранительной Оспѣ.

94) *Allgemeine Zeitung.* 1810. *No.* 175.

95) *Salzburger med. chirg. Zeitung.* 1807.

96) Ejusdem *histoire de la vaccination en Turquie, en Grèce et aux Indes orientales. Vienne* 1804.

97) *Prospect of exterminating the small-pox. Boston* 1800.

98) En alium supra allatae JENNERI epistolae locum: „*I have sent you on the subject of the modification of the vaccine pustule you will find somewhat interesting. Since its first publication, I have wandered much more extensively into this curious and I may almost say* new field of science.“

dignoscitur. Tesquas quidem non excolituri, nihilominus res probatas, a dubiis et falsis sejungendo, observationes sibi oppositas conciliando, doctrinamque universam debito in ordine exponendo, laborem haud supervacaneum nos suscepturos esse existimamus.

2. *Origo vaccinae* instar originis reliquorum contagiorum tenebris circumdata est. Renunciamus itaque examini quaestionis, utrum vaccina spontaneum vaccarum (certe non unius regionis [101])) morbum sistat? — utrum pro degenerata variola humana haberi [102]) — aut a morbo calcanei equorum [103]) derivari [104]) debeat? — utrum Origo vaccinae.

99) *The history and practice of vaccination. Lond.* 1817.

100) *Die Schutzpockenimpfung in ihrer endlichen Entscheidung, als Angelegenheit des Staats, der Familien und der Einzelnen. Nürnberg* 1820.

101) Vaccinam inter vaccas detexerunt: in Lombardia Sacco; in aliis Italiae regionibus Moreschi, de' Marchi, Piccinelli, Miglietta (*Vajuolo vaccino nativo nel Regno di Napoli. Napoli* 1812); in Germania septentrionali Ballhorn et Stromeyer; in Helvetia Neff (*Abhandl. der physik. Gesellsch. in Erlangen. B.* 1. 1810); in America Balmis, Buet. — Vaccina autem ab alio vaccarum morbo, neque contagioso, neque epidemico, cui actio caloris super mammas lacte turgidas ansam porrigit, distinguenda est. (Knüttlinger in versione germanica operis Pearson).

102) Maunoir, in: *Bibliothèque Britannique. Sciences et arts. Vol.* 18. p. 102.

103) Anglice *Grease.* Germ. *Mauke.* Gall. *Javart.*

utrum illi sit affinitas cum pecorum affectione quadam [105])? quod alii contendunt [106]), alii negant [107]).

Curriculum vaccinae.

3. *Curriculum vaccinae in homine* sequenti pacto animadvertitur. Peractâ juxta methodum infra indicandam [108]), insertione, idque cum successu, *tertio* versus finem vergente *die*, vel *quarto* incipiente, *tuberculum* minimi capitis acus magnitudine, rubrum, rotundum, regulare, marginibus elevatis, centro depresso, tum visui, tum tactui sese offert. Apex hujus tuberculi circa *sex-*

104) Opinio JENNER, LOY et quodammodo SACCO (*Trattato* etc. l. c. p. 37—38.), ubi ait: „*Ma dalle ulteriori dilucidazioni di Jenner, da quelle del dottor Loy e dietro alle mie replicate osservazioni, credo che si possa in gran parte confermare direttamente la congettura del celebre inglese, cioè che i giavardi possano communicare alle vacche ed all'uomo questa infezione, ma che non si debba riguardarla come causa necessaria del vaccino, potendo questo nascere spontaneamente nelle vacche senza alcuna communicazione coi cavalli; essendosi manifestato in più luoghi, ove assolutamente non poteva esservi mescolanza alcuna di quelle con questi, mancandovi totalmente gli ultimi.*"

105) *La Clavelée.*

106) ODIER l. c. — *Proeven en waarnemingen omtrent de inenting der pokken aan Schapen, — door* A. NUMAN. *Te s' Gravenhage* 1825.

107) *Traité de la clavelée de la vaccination et clavelisation des bêtes à laine. Par* M. HURTREL D'ARBOVAL. *Paris.*

108) No. 8.

sextum diem in *vesiculam* commutatur, ab initio pallide rubram, aliquando subcoeruleam, dein colorem margaritae gradatim assumentem. Vesicula haec, pro varia inserendi ratione, variam figuram et magnitudinem exhibens *), est renitens, compacta, exacte circumscripta, marginibus elevatis, utplurimum rubris, centroque depresso, in quo punctum obscurius, quasi eschara, animadvertitur. Ex cellulis plurimis, nullum inter se commercium alentibus, ea componitur. Liquidum cellulis inclusum serum refert, ab initio viscosum, dein aquosum, constanter diaphanum. Ad *decimum* usque *diem* vesicula crescere solet, verum jam versus *octavum* sive *nonum diem*, rubor coccineus circum comparet, qui *decimo die aream* duorum circiter pollicum, tumore et duritie quadam insignitam, omnino doloris expertem, constituit. Hac areâ omnibus numeris absolutâ, liquidum in vesica contentum colorem bruneum ac majorem densitatem induere incipit, donec tota vesicula in *crustam* ex rubro fuscam, sese a centro ad peripheriam extendentem, cutique tenaciter adhaerentem, desinat. Remotâ circa *vige-*

*) Exstant vaccinae pustulae diametri quinque vel sex linearum, ut praeter meam experientiam docent observationes H. Eichhorn (Horn's *Archiv für med. Erfahr. Jahrg.* 1827. *May. Junius.* p. 460.) et L. Suasso (Morborum exanthematicorum descriptionis, tabularum forma ordinatae specimen. Amstelodami 1809—10).

vigesimum octavum diem hac crusta, *cicatrix* relinquitur, quae microscopio subjecta, plurima foraminula, a radicibus crustae relicta exhibet, rotunda est, diametri circiter quinque linearum et pauxillum depressa [109]). Notandum pluries inter *tertium* et *decimum* ab insitione diem *febriculam* (aut saltem morositatem quandam), aliquot horas protractam in conspectum venire *).

Monitum. 4. Quoties ortus, incrementum, acme et terminus vaccinae a curriculo descripto aberrant, toties *de successu* insitionis plus minusve *dubitandum* est. Parum vel nihil rei vaccinicae inexperti dubitant, sufficit illis vaccinam inseruisse, ac qualemcunque demum pustulam excitasse; longe autem secus experti, utpote testimonium perpessae, ut decet, vaccinae, non nisi omnibus observatis phaenomenis, iisque scrupulose ad trutinam vocatis, largientes [110]).

5. In

109) Hennen, in: *The Edimburgh medical and surgical Journal* 1818. *No.* 55. 56.

*) Inter 147 vaccinatos febris, de qua agitur, in conspectum venit die insitionis 3. 4. 5. — apud 64; die 6. aut 7. — apud 53; die 8. — apud 5; die 10 — apud 10. Reliqui nullam experti sunt febrem (H. Eichhorn *über das primäre Fieber und seine Bedeutung bei den Kuhpocken, nebst einigen vorläufigen Andeutungen über die Verhütung der Blattern.* In: Horn's *Archiv für med. Erfahrung. Jahrgang* 1826. *März. April.* p. 226.).

110) Quodsi itaque Lüders (in opere cap. VII. §. XXIX. 2. (48) citando) dicat: „*Dass übrigens im Oesterrei-*

5. In dijudicandâ vaccinâ attentio quam maxime ad *formam tuberculi* et *vesiculae* dirigenda est; in illa enim descripta forma totus vaccinae *character gentilitius* unice jacet [111]). *Tardior tuberculi eruptio*, dummodo vesicula ut decet inde evolvatur, de peractae insitionis successu dubium vix movet [112]), secus contrarium. *Area* ad

Characteres gentilitii vaccinae.

chischen der Vaccinestoff nicht gehörig beschaffen seyn mag, scheint doch aus dem unverhältnissmässig häufigerm Erscheinen falscher Kuhpocken hervorzugehen;" ego potius morem medicorum Austriae laudarem in determinanda praesentia vaccinae genuinae cautissime incedendi, unde necessario sequitur magnus numerus vaccinae spuriae aut saltem suspectae.

111) „*I sintomi essenziali e caratteristici del vaccino sono circoscritti nella sola pustula.*" (Sacco *trattato* l. c. p. 45.).

112) Vidi tutissimam vaccinam die ab insitione tantum *decimo* vel *undecimo* apparuisse; lego de vaccina *post sex menses* (*London medical and physical Journal*, 1823. *Febr.*) immo post annum evoluta. Sacco (l. c. p. 48.) ait: „*Se vi può essere qualche sospetto sulla legitimità del vaccino soverchiamente celere nella sua comparsa, egli è dissipato del tutto, quando apparisce più tardi del quarto giorno. Non sono tanto rari i casi di vedere il vaccino innestato ritardare il suo effetto dopo gli otto, i dieci e sino quindici giorni; e vi sono esempj di venti giorni, di un mese en ben anche di trentasei giorni; e se dovessi prestar fede a persona onesta e proba, il vaccino potrebbe starsi nascosto un anno e poi svilupparsi. Tale fu il caso straordinario seguito nel figlio di chi me lo*

ad constituendam vaccinam genuinam haud absolute requiritur [113]). — Nec requiritur ad hoc *febricula* aut qualiscunque demum universalis sub vaccinae curriculo corporis humani *evidens* affectio [114]). *Cicatrices* parum in diagnosi lucis affe-

comunicò, in cui il vaccino comparve un anno dopo l'innesto, e ciò ch'è mirabile, nel giorno corrispondente a quello della vaccinazione operata dodici mesi prima, e negli stessi punti d'innesto. Per altro non essendo un medico colui che ha riferito questo fatto, mi resta sempre il sospetto di poca esattezza nel racconto." Vaccinam quarto die eruptam, septimo fugatam et decimo tertio reversam PETRUS SOLTKIEWICZ, de re vaccinica in Lithuania bene meritus, observavit.

113) „*Anche il disco rosso che circonda la pustula non è di assoluta necessità per giudicare se il vaccino sia legitimo e vero, avendo osservato qualche individuo con pustule ben distinte, sebbene mancanti del solito disco; e un tale innesto ha egualmente preservato dal vajuolo ed ha altresì somministrato un' eccellente materia per uso di altri innesti ne' quali comparvero le pustule con un vivido rossore.*" (SACCO l. c.). Hic observationes cl. SACCO plane cum meis conveniunt, quamobrem miror (in: *Annual report organisation and lists of the governors of the London vaccine Institution* 1821. et in: HUFELAND's *Journal der prakt. Heilk.* 1825. *October.* p. 48.) legi, certissimum perfectae vaccinae criterium esse aream inflammatam et duram.

114) „*When the pustule assumes the genuine character, the patient may be considered as safe from any future attack of small-pox, although there has been no*

afferunt [115]). Arrident tamen cicatrices probe circumscriptae, perfecte circulares, a centro radiatae.

6. De vaccina non ita constituta, ut inde variolae praepediri possint aut aliis verbis de *vaccina spuria* testantur: praematura ad locum insitionis, vel circum inflammatio, irritatio, inprimis accedentibus pruritu et pustulis; — progressus vesiculae nimis rapidi; — color liquidi contenti sive flavus, sive opacus; — textura vesicula haud firma ac ipsa vesicula non rite circumscripta, ac centro elevato marginibusque depressis instructa; areola valde ampla, calens, et maxime superveniens erysipelas [116]); — febris con- Signa vaccinae spuriae.

apparent constitutional indisposition." (*The evidence at large* etc. p. 47.).

115) Ex 57 vaccinatis qui contagio variolarum resistebant, exhibuere 17 cicatrices omnino imperfectas, 8 eas parvas, 3 parvas et complanatas. In 6 cicatrices imperceptibiles erant. (Cross l. c.). In Aethiopibus de cicatrice vaccinae judicare facillimum. (*The Edinb. med. and surgical Journal. N.* 74).

116) Operis est pretii epistolam perlegere, quam Lüders (l. citando. p. 65.) se ab intimis medicinae consiliis Sachse accepisse gratulatur: „*Ein Mädchen, die Tochter des Bleichers Hillmann in Schwerin, überstand die Schutzpocken so regelmässig (!), dass ich sie nicht besser wünschen konnte (?). Sechs Pusteln am Arm bekamen eine sehr grosse Umfangsröthe, dass sie sich vom Ellbogen bis zur Schulter erstreckte, und mich, mehr*

conspicua et qualiscunque fortior morbosa affectio [117]; — dolor consensualis et tensio regionum axillarium; — facilis secessus et ruptura crustae, subsequente exulceratione, novaque crusta serpente, coloris subbrunei, fere ambrae simili.

Caussae vaccinae spuriae.

7. Signa vix allata eo majoris sunt ponderis, quo magis *caussae vaccinam spuriam generare solitae* locum habuere. Spectant huc conditio cutis omne vulnerationis genus respuens; — insitio ope materiae a spuria aut antiqua vaccina sub eschara desumtae; — materia insitionis, tempore, calore, aliisque e caussis corrupta; — insi-

aber noch die Eltern (!) sehr besorgt machte. Ein Jahr nachher, 1803 *oder* 4, *kam ein Mädchen von Grabow, vom Hrn. Dr. Marcard vaccinirt, mit Blattern nach Schwerin, meine an Scropheln leidende wurde angesteckt, und bekam so viele eiternde, Krusten ansetzende, ja an mehreren Stellen zusammenfliessende Blattern, dass das ganze Gesicht bedeckt war.*"

117) Et boni viri illa symptomata pro optimo signo, pro signo videlicet, vaccinam effectum summe tutelarem in universo corpore exercuisse, habere solent! — *Duas species febris*, alteram *primariam*, alteram *secundariam*, Eichhorn (l. c.) vaccinam comitare contendit. Quoad me *unam* dumtaxat hic febrem animadvertere potui eamque *vulnerariam*, cum laesione cutis sub insitionis opere rectam habentem rationem. Quid simile respectu insitionis variolarum observatum est a Lunadeo referente Gatti (l. c. vers. Germ. p. 51.); sed immerito ut puto, *copiae* contagii introducti adscriptum. Cfr. et Krauss l. c. p. 297.

insitio ope lanceolae rubiginosae, vel rudi nimis manu operata; — laceratio vel et simplex compressio vesiculae necdum absolutae ac normalem inde amittentis formam; — morbique varii accidentales [118]), ne dicamus praegressae variolae praegressaque vaccinatio, de quo argumento infra [119]).

8. Quamobrem etiamsi per se nil intersit, quo *anni tempore* insitio vaccinae suscipiatur, attamen, nisi periculum variolas suscipiendi urgeat, salubria anni tempora, ut ver provectum et autumnus ingruens, pro insitionis opere, reliquis, praesertim aestati, decursum vaccinae properanti, anteponantur; simulque regimen vitae, quo morbi aetatis infantilis averti solent, iterum iterumque parentibus inculcetur. Ad *vitae periodum* quod attinet, finem secundi aut initium tertii mensis eligimus, sic enim recens nato tempus, ut impressionibus externis assuescat, concedimus et epocham dentitionis evitamus. Nisi coacti, infantes morbo aliquo detentos, aut convale- Insitionis opus.

118) Forte non solum morbi hominis vaccinati ipsius, sed et illi aliorum, si herculei et epidemici, vaccinationi impedimento sunt. Lego saltem observatum fuisse, quod tempore quo in India Cholera-morbus grassabatur, homines ad recipiendam vaccinam longè minus solito idonei fuerint. (*Ueber die Fortschritte der Kuhpockenimpfung auf der Insel Java*, in: HUFELAND'S *Journal der prakt. Heilkunde.* 1825. *October.* p. 91.).

119) No. 13.

valescentes non inoculamus. Quotiescunque autem variolarum suscipiendarum periculum praesto est, insitionem ne per horae quidem momentulum procrastinamus et sub quavis deterrima licet rerum positione suscipimus. Si fieri potest, infans (non adultus [120])) vaccina instructus et optima sanitate gavisus et inprimis neque psora, neque syphilide [121]), neque crusta lactea, neque plica, neque pellagra, neque herpete, neque intertrigine, neque panaritio (utpote qui morbi, ipso animadvertente JENNERO, vaccinium pervertunt [122]), et

120) Vere LÜDERS (l. citando p. 151.): „*Bei Personen, welche schon das Mannsalter erreicht haben, oder gar darüber hinaus sind, bekommt die Vaccine einen von der Norm abweichenden Verlauf und eine unvollkommene Entwicklung, und die Lymphe dieser Pocken darf zur Vaccination nicht benutzt werden. Die Vaccine dieser Alten nähert sich in ihrem Verlaufe derjenigen, die bey Menschen erfolgt, welche schon die Menschenblattern gehabt haben, mit dem Unterschiede jedoch, dass die latente Periode gewöhnlich länger währt und mit dem Beginnen der Localaffection die Pustel den beschleunigten Verlauf, wie ich ihn unten beschreibe, hält.*“ Et G. GREGORY materiam vaccinae non ab adultis desumendam esse docet (loc. mox citando).

121) *Sulle complicazioni della vaccina (colla sifilide). Saggio di* F. M. MARCOLINI. *Milano* 1823. Cfr. *Annali universali di medicina, chirurgia e farmacia, del Dr.*. A. OMODEI. 1821. *Luglio.*

122) *The Edimburgh medical Journal. No.* 68. — HUFELAND's *Journal der pract. Heilk.* 1822. *Januar.* p. 64.

et corpus humanum contaminant) laborans, ad vaccinandos adducitur, ut vaccina ex illo desumta vaccinandis illico inseri possit. *Una* quidem pustula pro centum insitionibus et ultra materiem largitur; at verum, ut tutissime incedamus, non ultra quinque vel octo insitiones inde perficimus *). Probe cavendum ne pustulae aliorum insitioni dicata, ita laceretur [123]), ut forma illius laedatur. Optimum tempus vaccinae virus colligendi, *sextus*, *septimus* vel et *octavus* ab insitione *dies* est, quamvis materies et paulo tardius, *nunquam vero facta jam area*, depromi liceat. Colligitur ipsa apice lanceolae, vel acus sulcatae, unice vaccinationis scopo dicatis et haud ruginosis, quo apice scilicet superficies vesiculae vaccinae nonnullis in locis perforatur. Perforata vesicula, tempus, quo materies exire possit conceditur, ad quod opus promovendum, vesiculam superficie plana instrumenti vaccinatorii comprimere licet. Suscepta materies sub epidermidem personae inoculandae, inflicto levi nec cruento vulnusculo ac compressâ parumper super apicem instrumenti cute, prius digitorum ope tensâ, introducitur. Nunquam autem materies sub eschara latens

*) G. Gregory *über die Verrichtung der Kuhpocken-impfung*. (Ex *Lond. med. and phys. Journ.* *Vol.* 56. p. 410., *Vol.* 57. p. 400. in: Gerson *und* Julius *Magazin der ausländ. Literat. der gesammten Heilk.* 1827. *März, April.* p. 317. *Juli, August.* p. 85).

123) No. 7.

latens desumi debet. Plerumque brachium, quo loco musculus deltoides inseritur, eligi solet, quem vero locum in puellis, ob foedam vaccinae cicatricem, reprobamus et insitionem vel altius, vel ad internam crurum superficiem instituimus. Utplurimum haec ipsa, securitatis caussa, ad duo loca simul suscipitur, ad ambo scilicet brachia, sive crura. Morem, duas vel plures adhuc puncturas uni eidemque membro infligendi propterea, quod areae facile confluunt ac pluries erysipelati ansam porrigunt, reprobamus [124]. Vulnusculum ab insitione relictum nec emplastris nec fasciis cooperiendum est; caveri enim solum debet, ne obortum tuberculum sive facta vesicula scalpendo aut laceretur aut alio pacto male tractetur aut frigori exponatur *). Si materies recens

124) Neutiquam Lüders consentio dicenti (l. c. p. 117.): „*Ueberhaupt kann man die Art der Engländer, in der Regel nur 1 oder 2 Pusteln zu impfen, als eine dritte Ursache des Fehlschlagens der Schutzkraft der Vaccine in England ansehen.*" Laesio enim cutis, quousque fieri licet, in inoculationis opere evitanda, quum excitato, in loco insitionis statu inflammatorio, contagium inde destruatur. Solitarius minimusque *chancre* non solum aequo modo sed et certius luem veneream post se trahit, ac plurima eaque magna ulcera syphilitica. Linctus canis rabidi super locum tenui aut nulla epidermide instructum, in rabie producenda non minus valet, quam morsus, indeque sequutum vulnus.

*) *Einige Bemerkungen über die Vaccination, von Dr.* Thilow in: *Allg. med. Annalen. Jahrg.* 1826. *Heft*

cens pro insitione de brachio ad brachium desideraretur, tunc et tunc solum antiqua, debito modo collecta ac servata, in usum ducitur. Hic autem sciendum, materiam vaccinae facilius illâ variolarum corrumpi [125]). Optima vaccinae colligen-

10. p. 1433. („*Wenn die Entwicklung der Schutzpocken normal erfolgen, und deren Verlauf erwünscht seyn soll, dann ist stets dabei ein warmes Verhalten nöthig. Hiervon ward ich bei einigen von den vielen hundert Kindern, welche von mir vaccinirt wurden, auffällig überzeugt. Bei solchen, die im Herbste, wo schon etwas kühle und feuchte Witterung eintrat, geimpft waren, bemerkte ich, dass, wenn sie im Mantel, z. B. auf dem linken Arm getragen wurden, wo der rechte Arm im Mantel gehüllt war, die Schutzblattern einen weit normalern Verlauf zeigten, als die am linken Arme. Letztere erschienen immer nicht nur kleiner, sondern bedurften auch einer weit längern Entwicklungsperiode*").

125) Moore l. c. Et Lüders (l. citando p. 157.) vere ait: „*Lymphe, die zu lange aufbewahrt ist, erzeugt entweder keine Kuhpocken oder ihr Contagium ist so geschwächt, dass die daraus erzeugten Kuhpocken unvollkommner, kleiner und von geringerem Fieber begleitet und mit einem schmaleren Hofe umgeben sind.... Nicht blos zu lange, sondern auch schlecht aufgefangene und bewahrte Lymphe wird in ihrem eigenthümlichen Leben verändert und bringt unvollkommene Kuhpocken hervor. Schon Licht, Luft, Feuchtigkeit können ihre ansteckende Kraft schwächen; aber ein hoher Grad von Hitze oder Kälte, das Aufbewahren an dumpfigen Orten, die einen sogenannten Modergeruch haben, die Einwirkung starker und durchdringender*

ligendae et servandae methodus ea est, duas sumere lamellas vitreas magnitudine pollicis quadrati, crassitiei trium vel quatuor linearum atque superficiei unius guttas nonnullas vaccinae imponere, aliamque lamellam illico apprime superimponere ac utrasque frustula vesicae involvere et filo adstringere. Potest materies et cochleari parvo committi, manubrium illius medio epistomii firmari, atque ope hujus cylindrum vitreum longitudine nonnullorum pollicum, diametri circiter pollicis unius, claudi, ac externam epistomii superficiem cera obduci. Cera signatoria ob calorem, sine quo adhiberi nequit, evitanda est. Priusquam materies exsiccata in usum ducatur, aquae tepidae gutta, sive halitu humectari debet. Sunt qui pulverem crustarum vaccinae pro insitione idoneum censeant [126]. Quacunque autem ratione vaccina inseratur, nulla ea indiget corporis praeparatione nulloque sive peculiari regimine sive medicamento. Observationes circa curriculum vaccinae sedulo tabulis committendae. Si pustula temere tractata in exulcerationem desineret, aut erysipelas brachii superaccederet, fomentum

Gerüche, z. B. des Kamphers, Moschus, der Asa, ihre Berührung mit rostigen Instrumenten, zersetzen sie mehr oder weniger und beeinträchtigen ihre Tauglichkeit zur Hervorbringung vollkommener Kuhpocken."

126) Kopp op. c. *Jahrgang* 1. p. 275. — Clesius *über die Vortheile der Schutzpocken, wenn man dieselbe im Schorfe einimpft. Hadamar* 1812.

mentum frigidum ex aqua et acetate plumbi adhibendum foret. Desideriis parentum satisfacturi, nec non ut eruptiones cutis secundariae impediantur, infantibus absoluto vaccinae curriculo, lene praescribere solemus *purgans* [127]). Quo pacto vaccinae beneficium propagandum sit, ut variolae tandem exstirpentur, id ad *politiae medicae* pertinet forum. Collectio legum huc spectantium habetur apud Kopp [128]) aliosque [129]).

9. Praemissis sic praeceptis et monitis ad praxin vaccinae spectantibus, restat, ut plurimae *quaestiones* ejusdem argumenti illustrentur. Altera doctrinae pars.

10. *Prima* sane *quaestio* ea est, *num vaccina contra futuras variolas tueatur?* Quaestionem istam dumtaxat respectu materiae vaccinae selectae, hominibus ad vim vaccinae experiendam idoneis, juxta artis regulas insitae, et moderatae, institui posse, supponimus. Posito hoc, coram Quaestio prima.

127) Ex *calomel*, *rheo* aut *jalappa*.

128) Op. c. *Jahrgang* 1. p. 326. — *Jahrgang* 2. p. 356. — *Jahrgang* 3. p. 273. — *Jahrgang* 4. p. 242.

129) *Med. chir. Zeitung.* 1801. *Heft* 3. p. 411. 333. — 1804. *H.* 4. p. 422. — 1803. *H.* 3. p. 43. *H.* 4. p. 424. — 1807. *H.* 2. p. 271. — 1811. *H.* 2. p. 381. — 1808. *H.* 1. p. 318. *H.* 4. p. 31. — 1809. *H.* 3. p. 302. — 1811. *H.* 3. p. 125. — 1812. *H.* 3. p. 173. *H.* 2. p. 301. *H.* 1. p. 315. — 1813. *H.* 1. p. 332. — Wolf *die Gefahren der bisher befolgten Maasregeln zur Verbreitung der Kuhpocken.* *Hamb.* 1822.

ram DEO declaramus: *nobis inter plurima millia, quae sub propriis auspiciis vaccinati fuere, nec unicum variolarum exemplum innotuisse*, nosque in ea perseverare opinione, *vaccinam circiter eadem ratione variolas praepedire, quam ipsae variolae secundam variolarum infectionem praepediunt.* Cum nostris quoque aliorum expertorum virorum conveniunt testimonia [130]. De dissentientibus alibi [131].

11. Con-

130) *Nullum variolarum exemplum* obvenit inter vaccinatos 3266 WOODII (WILLAN l. c.), inter 14,521 BREMERI (HORN's *Archiv für med. Erfahrung.* 1811. *St.* 1.), inter 8957 instituti vaccinationis Londinensis (Relatio mensis Maii 1820), inter innumerabiles orphanos militares anglicanos teste MAC-GREGOR (LÜDERS op. citand. p. 29. 30.), inter 149,713 circuli Retzat in Bavaria (KRAUSS l. c.). In Bohemia, etsi variolae a. 1821. in 193 pagis grassatae sint et 1830 homines detinuerint, nullum tamen exemplum vaccinati inde correpti exstat. (*Schilderung der Witterungs- und Krankheitsconstitution in Böhmen im Jahr* 1821. *Prag* 1824). *Unicum variolarum exemplum* exhibuerunt vaccinatorum 1000, teste G. PEARSON (WILLAN l. c.), 3000, teste collegio R. chirurgico Londinensi (WILLAN l. c.), 46,662, teste ASHUBERNER (l. c.), 447,605 teste relatione Hafniensi (*Bericht der Vaccinationscommission in Kopenhagen* 1821). *Duos* variolarum casus exhibuere 30,000 vaccinati, teste societate medica Bordegalensi (l. c.) et *quatuor*, 52,253 vaccinati, teste Institutione vaccinationis Londinensi. (*Lond. med. repository. Jul.* 1819).

131) Cap. VII. Hic locus fuisset, de *variolis mitigatis*

Quaestio secunda.

11. Conditio posita [132]) — „hominis ad vim vaccinae experiendam idonei" — *alteri* ansam dat quaestioni, num videlicet *homines exstent ad vaccinam suscipiendam haud idonei?* Aliorum [133]) non modo, sed propria quoque experientia docet, dari utique homines, etsi rarissimos, qui saltem pluries repetitis vaccinandi conaminibus resistunt [134]). Quomodo sic constitutis vaccina vindicias a variolis decernere posset, non intelligitur [135]). Ex eo enim quod vaccinae resistitur, necdum probatum est necessario sequi, ut etiam variolis resistatur [136]).

Quaestio tertia.

12. Annectitur quaestio: *num vaccinati etiam insi-*

dissercndi, at filum doctrinae vaccinae interrumpere nolui. Alioquin doctrina variolae mitigatae seu truncatae nimis essentialis est, quam ut per transcnnam tractari posset. Praeterea exposcit, ut notitia *varicellae* praemittatur.

132) No. 10.

133) Ziegler, in: Rust's *Magazin für die gesammte Heilkunde.* B. 19. *Heft* 1. p. 183. — Lüders l. citando. p. 161. — G. Gregory, in: Froriep's *Notizen aus dem Gebiete der Natur und Heilk.* B. 19. *No.* 11. p. 169.

134) Filius a literis secretis *Strumitto* Vilnae, septies a laudato medico Soltkiewicz vacciná insertus fuit at semper incassum.

135) Gautier, in: *Salzburger med. chir. Zeitung* 1801. *B.* 4. p. 318.

136) Memoratu dignum est *avunculum* vix memorati pueri Strumitto variolis naturalibus tam insitis, quam eum pluries circumdantibus restitisse.

insitioni variolarum resistere valeant? Responsio distinctionem exposcit: si enim de *variolis legitimis* agatur, vaccinatio procul dubio adversus insitionem aeque ac adversus infectionem spontaneam variolarum, paucissimis casibus exceptis [137]), tuetur. Secus autem, si agatur de *pustulis aliisque phaenomenis anomalis variolarum spuriarum* speciem constituentibus. Peracta nimirum insitione variolarum in vaccinatis (vel in iis, qui jam variolas sive naturales sive insitas perpessi sunt) primo aut secundo die, ad loca insitionis, *rubor* usque ad diem septimum vel decimum crescens, interdum ad plures pollices extensus et molestissimo *pruritu*, quandoque cruciatu pungente stipatus apparere solet. Sunt qui simul dolorem in regione subaxillari et tumorem glandularum hîc jacentium experiantur. Nec rara est febris sociis spurcitie linguae, gravitate artuum et morositate [138]). Aliquando inter tertium et sextum diem *tuberculum* magnitudinis pisi in conspectum venit,

137) Exceptiones Friesii autoritati innixus concedo; ait nimirum (l. c.): „*Einige Fälle sind indessen in England ausgemittelt worden, wo selbst von denjenigen brittischen Aerzten, die sich als die eifrigsten Beförderer der Kuhpockenimpfung bewiesen haben, für solche anerkannt wurden, wo nach einer allem Anschein nach regelmässig verlaufenen Kuhpockenimpfung, die Menschenblattern, durch künstliche Ansteckung veranlasst, ausbrachen.*"

138) Willan l. c. p. 51.

venit, apice suppurans, subsequente squamâ, nulla relicta cicatrice, deciduâ. Alias *pustula* [139]) prodit, variolosâ genuinâ minor [140]), breviorisque decursus [141]). Septimo enim die ea jam acmen attingit, cuti circum tensa et dura reddita [142]). Accidit rarissime, ut una aut altera pustula vel circa loca insitionis vel in partibus dissitis pullulet [143]). Quodsi ex pustula in loco insitionis orta, materia desumatur, et hominibus, qui neque variolas neque vaccinam perpessi sunt, inseratur, producitur juxta plures genuina variola [144]), juxta alium [145]) variola infra describenda [146]).

13. Quae-

139) Idem ibid. p. 52. — Woodville l. c. p. 46. — Wood, in: *The Edimburgh med. and surg. Journal* 1818. Vers. in: Hufeland's *Journ. der pr. Heilk.* 1819. *St.* 4. p. 107. — Adam diss. quaedam de variola et vaccina complectens. Edimb. 1814. p. 34—38.

140) Imaginem exhibet Tab. I. No. 8. 9. 10. operis citati Willani.

141) Ring, in: *Med. and phys. journal. Vol.* 13. *No.* 76. *Juny* 1805. p. 572.

142) Wood l. c. 143) Willan l. c.

144) Jenner apud Willan l. c. p. 161. — Wright, in: *London medical journal. Vol.* 7. — Way *med. observ. and inquiries. Vol.* 5. p. 40. — Chretien *über die Impfung der Blattern. A. d. Franz. Berlin* 1803. — Husson *dictionn. des sciences médicales. T.* 56. p. 432.

145) Mitchell vide: Harless *Rheinische Jahrbücher. B.* 8. *St.* 8. p. 73.

Quaestio quarta.

13. Quaeritur porro, *num homo, qui jam variolas perpessus est, vaccinam adhuc experiri possit?* Experiri utique posse, affirmant JENNER [147]), WOODVILLE [148]), HESSERT [149]), SOEMMERRING et LEHR [150]), WARDENBURG [151]), RIEDL [152]) aliique, quorum praecipue primus octo exempla retulit hominum, qui etsi jam variolas perpessi fuerint, nihilominus vaccinam sub munctione vaccarum hoc morbo laborantium, acceperunt; negant BALLHORN et STROMEYER [153]), GOLZ [154]), GESSNER [155]). Duce propria experientia [156]) hisce ultimis

146) Cap. VII. §. XXX.

147) Op. c. vers. BALLHORN. p. 13. 15. 17. 51.

148) Op. c. vers. FRIESE. p. 11. 42.

149) *Archiv für die Kuhpockenimpfung. St. 1. Giessen* 1801.

150) l. c. Cfr. *Med. chirurg. Zeitung* 1801. *B.* 3. p. 117.

151) In: HUFELAND's *Journal der pr. Heilkunde. B.* 14. *St.* 1. p. 98.

152) *Geschichte der Vaccination in Böhmen, Prag* 1804. p. 86. 88. 165.

153) In: HUFELAND's *Journal der pr. Heilkunde. B.* 10. *St.* 3. p. 127.

154) HESSERT *und* PILGERS *Archiv. St.* 2.

155) *Salzburger med. chirurg. Zeitung.* 1802. *B.* 3. p. 252.

156) Mihi ipsi, puero octo circiter annorum, Pater meus variolas, inter pollicem et digitum indicem utriusque manus inseruit. Cuncta inde symptomata invasionis variolarum perpessus sum, magnam et diuturnam suppurationem in locis insitionis, relictis amplis cicatricibus. Nulla autem exanthematis eruptio locum obtinuit. Quamvis postea centenis aegrotis va-

mis adstipulamur. Interea quum exstent homines, qui variolas bis patiuntur [157]; vix dubitandum, alios aequo pacto constitutos, etiam vaccinam post variolas acquirere posse [158]. Ne interea obliviscamur, homines, qui variolas perpessi sunt et dein vaccinae insitioni submittuntur, interdum in peculiare aliquod exanthema incidere [159].

14. Quaeritur etiam, *num unus idemque homo* (ne dicamus de vaccis [160]), *plus vice simplici a vaccina affici possit* [161]? Juxta observationes Quaestio quinta.

riolis detentis incolumis adstiterim, attamen cognito vaccinae beneficio ad illud adhuc confugere volui, hacque de caussa primae publicae vaccinationi in nosocomio Vindobonensi, curante de Carro, me submisi. Nullum plane effectum vaccina produxit. Idem in plurimis commilitonibus, sibi vaccinam experimenti gratia post diu perpessas variolas, expertus sum.

157) Cap. IV. §. XXI. 4.

158) Hanc eandem demum amplexus est opinionem de Carro (*histoire de la vaccination en Turqute* etc. p. 43.).

159) No. 13.

160) Juxta Wales apud Pearson (l. c. p. 122.) vaccina vaccas pluries aggreditur; juxta Viborg (Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde* 1824. *St.* 10. p. 68.) et Bremer (Ibid. 1812. *B.* 8. *St.* 11. p. 6.) dumtaxat semel.

161) De hoc argumento unicuique sequentem commendo memoriam: *Von den Folgen der Kuhpockenimpfung bey Vaccinirten oder Geblatterten*, von Dr. Carl Gustav Hesse, *praktischem Arzte in Gössnitz bey*

vationes PEARSON[162]), SCHÜTZ[163]), HARDEGE[164]), LÜDERS[165]), absoluto semel vaccinae curriculo, altera vaccinatio pleno successu caret. Contrarium probare satagunt JENNER[166]), JAWANDT[167]), HUFELAND[168]), JULIUS[169]), PFAFF[170]), THILOW *).

Altenburg. In: *Allgemeinen medicinischen Annalen des Jahres* 1825. *Heft* 2. *Februar. Heft* 3. *März.* — Nec legisse poenitebit: *Beobachtungen von wiederholten Impfungen der Schutzblattern und Beleuchtung der Untersuchungen des Herrn Dr.* WOLFERS *über denselben Gegenstand.* In: HUFELAND's *Journal der pr. Heilkunde* 1824. *Supplementheft.* Cfr. idem diarium. 1825. *August.* p. 101. Et: W. DARRACH, in: CHAPMAN *Philadelphia Journal* 1824. *February.* — *Expériences tentées par Mr.* LEGALLOIS *sur lui-même pour s'inoculer la variole après avoir été vacciné. Lues à l'académie de médecine dans les séances des* 11 *et* 18. *Oct.* 1825. In: *Bulletin des sciences médicales, rédigé par* M. DE FERMON. 1826. *Janvier* p. 56.

162) BRADLEY's *phys. med. Journ. übersetzt von* KÜHN. 1801. *August.* p. 586.

163) In: HUFELAND's *Journal der pr. Heilkunde.* 1809. *St.* 7. p. 106.

164) Ibidem. *B.* 23. *St.* 2. p. 118.

165) Op. citando. p. 151.

166) PEARSON op. c. vers. KÜTTLINGER. p. 113. Cfr. JENNER *further observations.* p. 42. ubi tamen quoad adlatam opinionem titubare incipit.

167) HUFELAND's *Journal der pr. Heilkunde. B.* 14. *St.* 1. p. 82.

168) Ibidem. 1822. *St.* 1.

169) FRORIEP's *Notizen aus dem Gebiethe der Natur und Heilkunde. B.* 6. 1824. *No.* 21. p. 319.

low *). Immo Jenner exemplum adfert feminae, quae *a vaccis* tribus vicibus vaccinâ toties ut legitimâ decurrente, affecta fuit [171]). Cui credendum? Veritas in medio. Vaccinatio enim altera utique in vaccinatis succedere potest, sed dumtaxat ea ratione, qua variolarum secunda infectio locum obtinere valet [172]). A secunda autem vacci-

170) Ibidem. *B.* 7. *No.* 8. p. 122. *) l. c.

171) Quamobrem ait Hesse (l. c. p. 290.): „*Sie* (Jenners *Versuche*) *scheinen es wahrscheinlich zu machen, dass das unmittelbar vom Eiter der Kühe übertragene, überhaupt kräftiger auf den menschlichen Organismus wirkende Kuhpockengift noch öfters wahre Kuhpocken hervorzurufen vermag, als das schwächer wirkende von Menschen genommene.*“

172) Hesse (l. c. p. 291.) pulchre ait: „*Kann es auch wunderbar scheinen, dass die Kuhpocken bisweilen als Ausnahme wiederholt oder nach den Blattern, welche Erscheinung der letztgenannten dem Wesen nach gleich ist, vorkommen, da wir ja wissen, dass diess fast bey allen Ausschlägen, welche in der Regel den Menschen nur einmahl befallen, geschehen kann, wie es nahmentlich auch von den zufälligen und auch von den geimpften Blattern entschieden dargethan ist? Man versichert uns ja von den erstern, dass sie selbst mehr als zweymal ein Individuum betroffen .... Ich bin daher, ungeachtet ich selbst nach meinen Versuchen nie wahre Kuhpocken folgen sah, theils durch die dafür sprechenden Erfahrungen der genannten Forscher, theils durch die Analogie, welche wir zwischen den Kuhpocken und anderen, ein Individuum gewöhnlich nur einmal befallenden Ausschlägen, hauptsächlich den*

vaccinatione frequentius exanthema gignitur, cui nomen *vaccinellae*, seu, sit venia verbo magis adhuc barbaro, *vaccinae modificatae*, impositum fuit.

De vaccina modificata.

15. Ex observationibus A. J. Schütz [173]), Michaelis [174]), Whateley [175]), Olze [176]), Vrolik [177]) innotuit, vaccinam hominibus insertam, qui aut variolam aut vaccinam sustinuerunt, *effectus* nonnunquam *sui generis*, propius tandem ab Harder [178]) et Hesse [179]) definitos, producere

ihnen so nahe stehenden Menschenblattern annehmen müssen, zu dem Bekenntnisse gelangt, dass als Seltenheit wahre Kuhpocken nach bestandener regelmässiger Vaccination oder vorhergegangenen zufälligen oder geimpften Blattern sich zeigen können. Das Verhältniss der Heftigkeit dieses Erfolgs der Impfung gegen die andern anzugeben, scheint mir für jetzt gewagt, weil wir noch immer zu wenig Versuche besitzen, und weil die Beobachter selten die Menge ihrer Impfungen genau bestimmen."

173) In: Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde. B.* 16. *St.* 3. p. 51.

174) Ibid. *B.* 18. *St.* 3. p. 32.

175) Willan op. c. vers. Muhry. p. 30. not.

176) In: Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde* 1822. *St.* 1. p. 88.

177) Gerson *und* Julius *Magazin der ausländ. Literatur der gesammten Heilkunde.* 1824. *July, August.* p. 85.

178) *Vermischte Abhandlungen aus dem Gebiethe der Heilkunde, von einer Gesellschaft praktischer Aerzte. Zweyte Samml. Petersb.* 1823. p. 102.

cere. Locus nimirum insitionis, primo nychthemero versus finem vergente inflammatur. Evolvitur tunc, molesto socio pruritu, *tuberculum*, ambitu rubro, latitudinis a dimidio pollice ad duos pollices, circumdatum, tumore tamen experte, quod spatio modo trium, modo octo dierum, magnitudinem pisi adipiscitur. Tuberculum hujusmodi obtuse acuminatum est. Ex fissura in apice, a secundo insitionis die orta, lympha exsudare incipit, mox in squamam tenuem, planam, flavo bruneam abitura, vel serius in crustam firmiorem, convexam et obscuriorem convertenda. Sequuntur aut desquamatio, aut crustae, nullâ relictâ cicatrice, secessus. Aliàs tuberculum inter tertium et quartum diem in *vesiculam*, sero limpido repletam, genuinâ vaccinâ utplurimum minorem [180]), loco areae (rarissimae [181])) ambitu igneo maculoso, ad plurimos pollices extenso circumdatam, convertitur. A die octavo ad decimum usque, vesicula, fugato ambitu rubro, exsiccari incipit. Crusta inde orta plerumque est minor illâ genuînae vaccinae, acuminata, colore ex bruneo nigro, sat cito decidua, rarius [182])

179) l. c. p. 159. 298.

180) *Semper* minorem esse contendit Harder (l. c.).

181) „*Zeigt sich auch in einzelnen Fällen die Areola, so kommt sie doch selten zu der Ausbreitung und Form der die ächte Kuhpocken begleitenden oder verschwindet sehr bald wieder.*" (Hesse l. c. p. 163.).

rarius [182]) cicatrice relicta. A quinto ad nonum diem, maxima sic insitorum pars experitur dolores vehementes, duritiem et tumorem glandularum subaxillarium, horrores vespertinos (subsequentibus calore et interdum sudore), inquietudinem, dolorem capitis, anorexiam, sitim sensumque laesae valetudinis.

Cont. argumenti. 16. Exanthema hucusque descriptum, sicuti aliud supra expositum [183]), ex genere *vaccinae spuriae* est. Quodsi illud ut *speciem*, nomine *vaccinellae* aut *vaccinae modificatae* designare placeat, inficias non ibimus. Ut ut sit, vaccina adultera, de qua agitur, magnam super doctrinam vaccinae sparsit lucem. Ex illa nempe magis magisque characteres, quibus vaccina legitima et spuria invicem distinguuntur, elucescunt. Quis modo amplius dicet febrem sistere characterem vaccinae genuinae, vaccinam autem spuriam sistere affectionem localem [184])? Potius dicendum: *Vaccina genuina non est morbus, morbus autem est vaccina spuria.* Ex multorum [185]) experimentis

182) *Nullam* cicatricem relinqui docet Harder (l. c.).

183) No. 12.

184) Vere Hesse (l. c. p. 164.): „*Es geht hieraus hervor, dass diese Pocken (Vaccinella) in der Mehrzahl der Fälle, eine constitutionelle Wirkung äussern und dass es sehr ungehörig ist, sie zum Unterschied von der ächten eine bloss locale zu nennen.*"

185) Woodville, de Carro, Riedl, Sacco, Harder, Hesse. ll. cc.

tis contenditur lympham a vaccinella depromptam vaccinam legitimam generare posse; quod non immerito in dubium vocatur [186]).

17. Quaeritur *quid ex concursu variolarum et vaccinae efficiatur?* Ubi partes aequales materiae variolarum et vaccinae *mixtae* inseruntur, insertorum pars variolas, altera vaccinam, nemo exanthema nothum accipit [187]). Ubi variolae in uno, vaccina in altero brachio *simul* inseruntur, utraque contagia sese invicem coercent *), *pustulis variolosis*, duris, splendentibus, circum circa parum inflammatis, raro maturescentibus, verrucosis redditis, et desquamatione terminatis; atque *pustula vaccinica* minori evadente, lentius decurrente et vix aream (nisi forte praematuram) agnoscente [188]). Materies ad insertionem peragendam desumta ex variolis — variolas, ex vaccina — vaccinam excitat [189]). Ubi variolarum germen jam fortuito latuit, quando vaccinatio suscipiebatur [190]), vaccina eo imperfectior evadere solet, quo Quaestio sexta.

186) Krause l. c. p. 205. not.

187) Woodville l. c. p. 122.

*) Inde conclusit R. Fergusson (*A letter to Sir Henry Halfort* etc. *London* 1825) tutissimum esse, ambo contagia separatim inserere. (*Bulletin des sciences médicales.* 1826. *Mars.* p. 228.).

188) Willan l. c. — Bremer, in: Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde.* 1815. *St.* 5. p. 92.

189) Willan l. c. — Joz. de Antonio, in: *Decadas medico - quirurgicas. Vol.* 2. p. 303.

190) De hoc argumento, praeter citatos [illegible] tores adhuc

quo citius vehementiusve variolae manifestantur et vice versa. Visae autem sunt variolae erupisse post vaccinae insitionem die primo [191]), secundo [192]), quarto [193]), undecimo [194]), decimo tertio [195]) et decimo quarto [196]). Variolae, nisi post octavum [197]), saltem post undecimum [198]), a vaccinatione diem *insitae*, effectu destituuntur.

Quaestio septima. 18. Haud arduum itaque videtur, quaestioni respondere: *Quonam ab insitione vaccinae die immunitas adversus variolas impertiri incipiat?* Nil tamen a veritate magis alienum. Quum enim apparitio vaccinae quandoque praeter modum post insitionem procrastinetur [199]), patet inde, etiam perio-

scripsere: Noldo (Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde* 1809. *St.* 7. p. 100.), Schütz (Ibid. *St.* 3. p. 10.), Remer (Ibid. 1815. *St.* 4. p. 47.), Tessara (*Med. chir. Zeitung*. 1806. *B.* 1. p. 463.), Thuon (Hessert *und* Pilger's *Archiv*. 2 et 3. p. 84.), Pilgram (Müller's, Hessert *und* Pilger's *Archiv für die Kuhpockenimpfung*. *St.* 1. p. 28.).

191) Hessert l. c. *St.* 3. p. 37.

192) Albers, in: Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde* 1815. *St.* 8. p. 55.

193) Hesse l. c. p. 309.

194) Lehr apud Goldschmidt l. c. p. 104.

195) Oelze, in: Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde* 1822. *St.* 1. p. 84.

196) Wendt op. infra citand.

197) Woodville l. c. — Willan l. c.

198) Hallé, v. Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde* 1815. *St.* 1. p. 114.

199) No. 5.

periodum, qua ipsa adversus variolas tuetur, procrastinari debere. Rejecto itaque hîc *temporis* calculo, judicium potius *ex conditione pustulae* depromimus. Constat quidem vaccinam jam tutelarem esse, ubi exsiccari incipit[200]; interea ut tutissime incedamus, potius immunitatem *post escharae lapsum* proclamare solemus. BRYCEI *probam* *), aliis praeuntibus **), rejicimus.

19. *Immunitas a variolis, eritne illa pro toto vitae curriculo proclamanda?* Vaccinam non solum pro tempore contra variolas munire, experimenta JENNERI, hominibus qui vaccinam per vaccarum commercium jam ante quinquaginta tres annos perpessi erant, variolas sine effectu inserentis demonstrant. Experimentis illis et HALLÉ una cum sociis coram instituto nationali Gallicano de vaccinae negotio rationem red- Quaestio octava.

T 2 den-

200) „*Il fine di questo periodo (di maturazione) si debbe ritenere per quel punto preciso e distinto, in cui il vaccinato comincia a non essere più capace di essere colpito del vajuolo.*" (SACCO l. c. p. 67.).

*) (BRYCE's *test*): JAC. BRYCE die quinto vel sexto post vaccinationem unius brachii, materiam ex pustula hìc evoluta desumit et alteri brachio inserit. Quodsi pustula secundo loco excitata, primam circa acmen suam adsequatur; id pro proba, vaccinam jam effectum tutelarem praestitisse, habet.

**) BELL apud MONRO (l. c.), THOMSON apud M'INTOSH (diss. de vaccina. Edimb. 1822). LÜDERS (l. citando p. 147.) pustulam secundo loco insitam, pro *vaccinella* habent.

denti[201]) adstipulati sunt. Interea experientia ultimis hisce annis docuit, variolae altera vice potissimum in iis, qui jam dudum vaccinati fuere, obvenisse[202]), quod confirmaret opinionem, vim post variolas vaccinae[203]), vel post vaccinam variolis[204]) resistendi, recta temporis ratione decrescere. Experimenta autem quibus haec opinio innititur neutiquam cum aliis cohaerent[205]). Rationem, cur homines qui jam dudum vaccinati fuere maxime a variolis correpti sint, nobis optime explanamus, modum in memoriam revocando, quo primis vaccinae temporibus, illius peragebatur

201) Die 17. Augusti a. 1812.

202) „Morbus pro aetate aegrotantium multum variavit, et plerumque notatum, eos, quibus jam dudum vaccinatio facta, gravissime tentasse, dum recens huic subjecti vel prorsus liberi, vel capti, ceteris leniorem passi sunt.“ (Adam l. c.).

203) Harder (l. c.) viginti hominibus qui ante 14 usque ad 32 annos *variolas* perpessi erant, vaccinam inseruit; *septem* inde saltem in vaccinellam inciderunt. Ex septem autem infantibus, qui haud dudum *variolis* laborarunt, vaccinatis, *nullus* quid expertus est.

204) Inter duodecim ante 14 usque ad 20 annos vaccinatos, Harder vaccinellam *quinquies* excitare potuit. Apud quindecim autem recenter vaccinatos, altera ejusdem vaccinae insertio, nullum plane produxit effectum. Quibus cum experimentis et illa Hesse (l. c. p. 165.) concordant.

205) Michaelis narrat, se circiter jam *post triennium* vaccinam altera vice cum successu inseruisse. (Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde. B.* 18. *St.* 3. p. 52.).

tur insitionis opus. Praeterquam quod tunc plurimae cautelae hoc in opere observandae adhuc latuerint, vaccinatorum maxima pars laudem meritumque potius in copia vaccinatorum, quam in recto vaccinandi modo quaerebant. Urbes itaque et provincias cursu concitato pervagarunt, obviamque venientes sine ambagibus vaccinarunt, vix unquam revisuros. Prosequemur hoc argumentum infra [206]).

20. Post vix dicta [207]) nemo facile quaestionem expectabit: *Num ope perpetuae in hominibus propagationis vaccina non degeneraverit* [208])? Analogia sane ex aliis contagiis petita (utpote quae sicuti quondam ita et hodiedum eheu! adhuc vigent) suspicionem de vaccinae degeneratione minime sustinet. Nec minimam differentiam inter aspectum et curriculum vaccinae a. MDCCXCIX et vaccinae a. MDCCCXXVIII detegimus. Quaestio nona.

21. Corruit itaque et quaestio: *Num ad vaccinam illibatam servandam, opus non foret, eam interdum in vaccis restaurare?* Quamvis enim vaccina vaccarum majorem vim agnoscere videa- Quaestio decima.

206) Cap. VII. 207) No. 19.

208) Kinglake *on the altered specific powers of vaccina and variolous matter* (*Med. phys. Journ. publ. by* Fothergill *and* Want. *Sept.* 1814). — Gölis, v. *Med. Jahrb. des K. K. Oesterreichischen Staates. B.* 6. *St.* 1. p. 41. — Lüders l. citando. p. 161.

videatur [209]); attamen quum diagnosis exanthematum circa mammas vaccarum apparere solitorum, adhuc ita in incunabulis lateat, ut unum cum altero confundi facile sit [210]), quumque ipsa legi-

209) No. 14. (171).

210) Laborem perutilem interea suscepit LÜDERS (*Bemerkungen über die Pocken der Kühe in Holstein.* In: HUFELAND's *Journal der pr. Heilk.* 1824. *October.* p. 61.) vaccinam in vaccis, praeeuntibus NISSEN (*Nordisches Archiv* 1803) et VIBORG (l. c.) propius dilucidando. In legitima vaccarum vaccina ait: „*fangen die milchgebenden Kühe (denn bey andern habe ich sie nicht gefunden) an, eine blaue und sparsame Milch zu geben, sie verlieren die Fresslust, die Augen werden trübe, und es bilden sich im Zellgewebe der Zitzen fühlbare, erbsengrosse, harte Knoten, welche, indem sie auch sichtbar sich über der Haut erheben, nach 2 bis 3 Tagen einen feinen Knopf bekommen, aus dem sich nach 3 Tagen weiter, ein von der Grösse eines Stecknadelknopfs allmählich wachsender, harter, bräunlich gelber Knopf erhebt, während die Umgebung anfängt, heisser und röther zu werden. Nach ungefähr 3 Tagen weiter hat sich aus diesem eine mehr oder weniger gelbe, auf schwarzen Zitzen schwärzliche, runde, oder ovale Pustel, mit einem braunen, nadelförmigen Eindruck in der Mitte gebildet, die gegen den 9. bis 10. Tag ihren grössten Umfang in dem einer bedeutenden Erbse bis zu dem einer kleinen Haselnuss erreicht, jedoch ohne die pergamentartige Härte ihrer Oberhaut zu verlieren. Die ganze Zitze mit 5 bis 10 Pusteln besetzt, ist jetzt im hohen Grade entzündet, roth (bey hellfarbigen Kühen), geschwollen, hart und schmerzhaft. Die Kühe sind sehr unruhig, lassen sich*

legitima vaccarum vaccina degenerare possit [211]; peri-

ungerne melken, verlieren die Fresslust völlig, und haben starkes Fieber. Die Pustel enthält eine farbe- und geruchlose Flüssigkeit, doch nicht in sehr bedeutender Menge. Gegen den 12. Tag wird das Ansehen der Pustel bräunlich dunkler, die umgebende Entzündung verliert sich allmählich, die Haut der Zitzen zerspringt in viele trockne Schrunden und allmählich bildet sich aus der Pustel ein harter, trockner, schwarzbrauner oder schwarzer Schorf, der am 20. Tage, und auch später, abfällt und eine unregelmässige, mit schwarzbraunen, eingerissenen Rändern umgebene Vertiefung mit trocknem, dunkelrothem Grunde zurücklässt, welche erst durch das Abschälen der ganzen Haut der Zitze sich in Zeit mehrerer Wochen verliert, und eine, nur durch etwas hellere Farbe bemerkliche und bald verschwindende Spur einer Narbe hinterlässt."

211) *„Wenn nehmlich durch das Kneipen und Reiben beim Melken die anfangende Kuhpockenpustel oder der ihr vorangehende, im Zellgewebe liegende Knoten, in ihrer Entwicklung gestört werden, so entsteht bisweilen eine tuberculöse, wo sich schon der gelbe Knopf gebildet hatte, warzenähnliche, schwarzbraune Verhärtung, die, in ihrer weitern Entwicklung gehemmt, mehrere Wochen und wohl Monathe lang, ohne die umgebende Haut der Zitze in entzündliche Reaction zu versetzen, sitzen bleibt, und zuletzt sich entweder mit einem Abschälen der sie umgebenden und überziehenden Haut allmählig verliert, in Entzündung gesetzt, als ein fremder Körper, oft erst spät, mit Hinterlassung eines Geschwürs, herauseitert."* (Lüders l. c. p. 72.).

periculum insitionis vaccinae a vaccis desumtae sponte elucet [212]). Postremo curandum etiam, ne morbus iste bubulus inter armenta nostra, sine necessitate, divulgetur [213]).

Quaestio undecima. 22. *Num vaccina incremento corporis obstet?* Vaccina non solum corporis incremento non obstat; sed illud potius promovere videtur [214]).

Quaestio duodecima. 23. *Num vaccina morbos olim raros, nunc fre-*

212) Sic et Heim sentit. (*Meine jetzige Ansicht über den Einfluss der Schutzblattern auf Menschenpocken.* In: Horn's *Archiv für med. Erfahrung.* 1825. *Januar, Febr.* p. 8.).

213) Retuli quondam E. Jennero, quendam Viennae illius invento objecisse, inde morbos inter vaccas Austriae introduci. Nec immerito, mehercle, respondit, summus vir! addens: „Oportet itaque rusticis sub vaccinationis opere constitutis, aditum ad stabula severe prohibere.“ Praeterea vehementer suspicor, vaccinam modo inter vaccas detectam (*Originäre Kuhpocken in dem Eiffelgebirge in Rhein-Preussen beobachtet von Dr.* Schmitz. v. *Rheinische Jahrbücher für Med. und Chirurgie. B.* 2. *St.* 2. 1820. p. 191.), non semper *primitivum*, sed saepius, ut dixi, ab hominibus acquisitum sistere morbum. Et hoc sub respectu legisse non penitebit A. Numan *Versuche über die Einimpfung der Kuhpocken bei verschiedenen Hausthieren.* (Froriep's *Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilkunde. No.* 313. *September* 1826).

214) Inter 300 infantes, 136, qui vaccinam experti sunt, adspectum magis floridum, ac rarius scrophulosum quam reliqui exhibuerunt. (*Gutachten der med. Facultät in Wien.* l. c.).

frequentiores reddat? Sane, ac non alia ratione, quam tot infantes ad aegritudines varias praedispositos, inter vivos servando, quot variolae aliàs interfecissent [215]).

Quaestio decima tertia.

24. *Num vaccina morbos posteros agnoscat?* Etiamsi vaccina, nisi fortuito variolis juncta, nulla *universali eruptione* stipetur, nihilominus vidimus interdum praeter pustulam in loco insertionis ortam, alias nonnullas pustulas ad partes prius morbo quodam, e. c. crusta lactea, intertrigine, detentas oriri; vel elapsa tertia circiter a vaccinatione hebdomade, exanthema, quod ad genus *psydraciae* revocavimus [216]), super universam cutim in conspectum venire. Vidimus etiam infantes, ante vaccinam sanissimos, qui eâ (forte ope materiae, alienis morborum seminibus contaminatae) absolutâ a diarrhoea, a tumoribus glandularum excruciabantur; ast vidimus quoque infantes valetudinarios, post vaccinam in integrum convaluisse; idemque alii [217]) observarunt.

CAPUT

215) GITTERMANN (HUFELAND's *Journal der pr. Heilkunde* 1821. p. 83.), — CASPER (l. c.), — LÜDERS (l. citando. p. 140.).

216) P. I. Vol. III. Sect. II. Cap. de psydracia.

217) *Samml. auserles. Abhandl. für pr. Aerzte. B.* 23. p. 574. — STEVESON, in: DUNCAN *Annal. of med. Lust.* 2. *Vol.* 1. — *Salzburger med. chir. Zeitung.* 1813. *No.* 20. p. 351. — J. JAVIS, in: *American med. recorder. No.* 8. et: FRORIEP's *Notizen aus dem Gebiethe der Natur- und Heilkunde. B.* 5. *No.* 8. —

Caput VI.

De varicella.

§. XXV.

Definitio. Historia.

Definitio. 1. Adulterinum variolarum genus aliquod [1]), motibus febrilibus ingruens, post nychthemerum unum alterumve, socio plerumque pruritu, super universam corporis superficiem, parte capillata capitis non excepta, repetitis conaminibus erumpens, idque modo sub forma pustularum, jam ab initio halone rubro circumdatarum, sero vel limpido vel albo aut aëre repletarum, modo sub illa tuberculorum solidescentium, generatim irregulariter decurrens, in squamas aut crustas desinens, unius circiter hebdomadis spatio, relictis quandoque cicatricibus evanescens, *varicella* [2]) salutatur.

2. Va-

Seiler, in: Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde* 1822. *Mai.* p. 70. — Thomassen a Thuessink l. c.

1) Sunt verba Sydenhami (Sect. 3. cap. 1. p. 161.).

2) *Synonym.* Variola *Petrèa* (a celebri quondam medico Henrico Petreo, uti videre est ex: Joan. Franc. Low partus medicus, seu tractatus novissimus de variolis et morbillis. Norimbergae 1699. Cap. III. p. 25. ad quem doctissimus Montesanto (l. citando. p. 6.)

2. Varicellae forte veteribus [3]) et verosimiliter Rhazi [4]) notae, doctrina potissime Vido Vidio [5]), Swietenio [6]), Heberdenio [7]), R. A. Voge- Historia.

provocat. Interea suspicor nomen *variolae Petreae*, hic varicellis impertitum, potius a Germanica voce *Steinpocken* derivandum esse). Variolae *spuriae*, Variolae alituosae (Brendelii), variolae lymphaticae (Sauvages, Sagar), variolae simplices, crystallinae (Macbride), Pemphigus variolodes (J. P. Frank). German. *Wind-, Maser-, unächte-, falsche-, fliegende Blattern; Stein-, Spitz-, Schaaf-, Schweins-, Hühnerpocken.* Gall. *La petite vérole volante, vérolette.* Angl. *The chicken-pox, the swine-pox, hives.* Ital. *Ravaglione, Morbiglione, Vajuolo selvatico, Schiopetti.* Ross. Вѣтренная оспа. Polon. *Wietrzna ospa.* Suec. *Wattenkoppar, Swinkoppar, Skollekopper.*

3) Werlhof op. c.

4) Cap. V. De praeserv. variol. ubi ait: „oportet ut detrahatur sanguis illis, qui vel nondum variolis fuere correpti, vel qui correpti fuerunt olim variolis languidis, debilibus." — „*Questo languido, questo debole vajuolo di Rhazes, avuto il quale si poteva temere una nuova comparsa di un più grave vajuolo non sarebbe forse stato il ravaglione de' nostri giorni?*" (Montesanto l. citando. p. 5.).

5) „*Noi dobbiamo, per mio avviso, la precisa notizia di questo malore al celebre nostro italiano* Vido Vidio, *che nato in Firenze fu poi archiatro di Francesco I. Re di Francia, e fu da lui nel* 1542. *nominato Lettore e Professore primario di Medicina nel Collegio Reale di Francia, ove recò seco tanta fama, e spiegò tanto sapere che di lui disse il francese* Du-

VOGELIO [8]), MUHRBECKIO [9]), WILLANO [10]), ODIERO [11]), HEIMIO [12]), JOS. MONTESANTO [13]), J. D. FON-

VAL *nella sua storia di quel collegio allora celebratissimo: Vidus venit, Vidius vidit, Vidus vicit.* VIDIO *dunque nel libro XIII. della seconda parte delle sue opere al cap. VI., in cui tratta* de variolis et morbillis, *scrisse:* „„Sunt qui praeter duas species, quas commemoravimus (*vajuolo e morbillo cioè*) crystallos adjiciant, sic nempe appellant quasdam veluti vesiculas plenas aquae instar crystalli splendentes, quibus cutis variis locis distinguitur: has nunc vulgo nominant *ravaglione.* In quas non ita incurrunt omnes homines sicut in variolas et morbillos, neque sub ipsis ita graviter affliguntur quamobrem non videntur tanquam tertia species morbillis et variolis hae pustulae adjiciendae.“ “ (MONTESANTO l. c. p. 5—6.).

6) Quo pacto principes medicorum a scriptoribus nostri aevi tractari soleant, sequens probat operis ceterum non spernendi locus: „*Schon* VAN SWIETEN *soll in seinen Commentarien ältere Autoren citiren, welche die Entstehung der Varicella aus geschwächtem oder verdünntem Blatterngifte annehmen. Wer das Buch zur Hand hat, wird sich leicht von dem Grunde oder Ungrunde dieser Behauptung unterrichten können.*“ (LÜDERS op. citando. p. 122.).

7) *Abhandl. der Londn. Aerzte. B.* 1.

8) Praelectiones de cognoscendis corporis humani affectibus. Goett. 1772. T. I. p. 94.

9) Diss. de variolis spuriis. Gött. 1794.

10) Op. c. (cap. nostr. praeced.).

11) Op. c. p. 102.

12) HORN's *Archiv für med. Erfahrung.*

Fontaneilles [14]), M. F. Berard et Delavit [15]), L. Fr. Weise [16]), F. Holst [17]) debetur. Magni est illa hodiedum, propter quaestiones de variolis in vaccinatis, momenti, etiamsi de morbo agatur levioris ponderis et in compendiis pathologicis plerumque neglecto [18]).

§. XXVI.

13) *Considerazioni medico-practiche sul vajuolo spurio o ravaglione. Padova* 1816. *fol.*

14) *Description de la varicelle qui a regné épidémiquement et conjointement avec la variole dans la ville de Millau en* 1817. *Rhodez* 1818.

15) *Essai sur les anomalies de la variole et de la varicelle. Montpellier* 1818.

16) Diss. de varicella. Berol. 1822.

17) *Beschreibung der Wasserpockenseuche im Norwegischen Amte Smaalehn im Jahre* 1819. Ex *Magazin for Naturvidenskaberne. Vol.* 4. p. 179. — Julius, in: *Magazin der ausländ. Literatur der gesammten Heilk. Juli, August* 1826. p. 133.

18) „*Aber die Vernachlässigung auch des kleinsten Uebels ...... ist für das Ganze der Wissenschaft, so wie für den einzelnen Künstler ein Uebelstand und rächt sich früher oder später oft sehr empfindlich.* (Stieglitz, in: Horn's *Archiv für med. Erfahrung* 1809. p. 188.). — „*Quali sono le relazioni fra il così detto vajuolo volante e spurio, malattia così commune e così poco descritta e trattata dai clinici e il vajuolo dei capponi e degli altri animali, e le pustule vaccine così dette vere e spurie . . . ?* (Testa *discorso inaugurale alla cattedra di clinica medica. Bologna* 1804. p. 96.).

§. XXVI.

Symptomata. Caussae.

Symptomata.

1. Infantes ante morbi ingressum morosi et irrequieti fiunt; sunt tamen, qui extemplo corripiantur. Aegritudo cum levi horrore, quem calor [1]), rubor oculorum, dolores ventriculi et lumborum, interdum nausea, ipseque vomitus subsequuntur, incipit. Apparuit et sopor [2]). Primo aliquando morbi die, utplurimum secundo, rarius tertio exanthema erumpit, nunc in dorso, nunc in facie, nunc utroque in loco simul. Brevi post illud universum plus minus corpus, nec parte capillata capitis, nec genitalibus semper exceptis, occupat. Vel ad ipsum oris cavum varicellam Heim vidit. Varicellae confluentis meminit Ring [3]). Peracta eruptione saepe pruritu stipata, febris vel illico cessat, vel sensim sensimque, *nunquam reditura*, declinat. Neque exempla, ubi eruptio sine praevia febre locum invenit, desiderantur. *Varicella normalis* pustulam refert pisi magnitudine, halone rubro jam ab initio circumdatam, sero

1) „Praecedit plerumque levis febricula, aliquando tantum languor aliquis.“ (Swieten l. c.).

2) *Ragguaglio dell' Istituto clinico medico pei chirurghi dell' J. R. Università di Pavia per l'anno scholastico* 1825—26; *di* G. A. del Chiappa. (Omodei *Annali universali di medicina.* 1826. *No.* 120. p. 407.).

3) *A case of confluent chicken-pox, illustrated by a coloured ingraving.* (*Med. and physic. journal.* 1805. p. 141.).

sero sive limpido sive subalbo repletam ac fovea in medio instructam. Haec pustula *citissime* ad duplex volumen crescere, maturitatem adipisci, ac in crustam desinere solet, ita ut totus morbus *spatio unius hebdomadis*, aut citius terminetur, quamvis vel longioris curriculi non desint exempla [4]). In genere haec exanthematis forma irregulariter decurrit, ac saepe uno eodemque tempore pustulae nonnullae in conspectum veniunt, aliae jam suppurantur, exulcerantur, aliaeque crustis obteguntur [5]), relictis tandem foveis candidis, mollibus, levibus, plerumque regularibus, nec pilos, nec puncta exhibentibus [6]). Praeter varicellam *pustulosam* duae dantur adhuc aliae hujus generis abnormitates, varicella scilicet *solidescens* et v. *emphysematica* [7]). *Illa* sub forma papularum sive tuberculorum ovalium, durorum, obscure

4) In aegrotulo syphilitico clinici instituti Vilnensis, a. 1817.

5) „*Di rado si compie la eruzione tutta ad un tempo, questa anzi suole continuare per diversi giorni; e quindi vi si osservano trammischiate nello stesso tempo altre pustule in eruzione, altre in maturazione ed altre in esiccazione.*" (Sacco l. c. p. 158.).

6) Alias gentilitias proprietates, a me necdum confirmatas in medium affert Heim l. c. p. 200.

7) „Triplicem talium pustularum speciem observavi." (Swieten l. c.). — Tres quoque species, a nostris autem diversas, statuit Sacco (l. c. p. 158.): „1. *Ravaglione appianato;* 2. *R. emisferico;* 3. *R. appuntato o conoideo.*"

obscure rubentium comparet [8]) ac desquamatione, hinc inde crustula terminatur. *Haec* vesiculam exhibet, seri loco *aërem* continentem, qua disrupta, cutis secedit, relicta excoriatione, crusta squamosa, obtegenda.

Caussae. 2. Caussa varicellae contagium est [9]), variolosi forte digressio [10]), saepe, at certe non semper [11]),

8) Huic speciei definitio quadrat, quam Vogelius immerito de varicella in genere dedit: „Post febrem inquit, aliquot plerumque dierum *tubercula* format obscurius rubentia, dura, ad ovalem figuram accedentia, halone rubro cincta, verisque variolis paullo majora; quae post duos vel tres dies nonnihil ulcerantur et paulatim cum nigrore evanescunt, denique pallescunt et subsident; aliis interdum novis interea exclusis, ut octiduo plerumque finitus morbus, nunc ad aliquot hebdomades producatur, vel sine febre vel cum febricula lenta." Mirum itaque non est, Burserium, cui dumtaxat forma varicellae pustulosae obvenisse videtur (Inst. med. pract. T. II. cap. IX. §. 305.), exclamasse: „Num hae (varicellae a Vogelio descriptae) ad variolas spurias vere spectant?"

9) „Vidi, spurias variolas successisse veris variolis jam cessantibus, quae epidemico more regnaverant diu, et juniores adultosque occupasse, et quidem magno numero: *imo videbantur esse contagiosae*, dum omnes fere eandem scholam frequentantes afficiebantur." (Swieten l. c. p. 10.).

10) Niedt (Reil) diss. variolarum spuriarum ex verarum pure ortus. Halae 1792. — Muhrbeck l. c. — Bond (*Vertheidigung der Einpfropfung* etc. *übers. v.* Pröpfer. *Nürnberg* 1787) refert insitionem ope

per [11]), cum eo societatem iniens, facillime invadens [12]) et adultis utplurimum parcens. Vaccina illi non obstat [13]). Varicellam insitionis ope modo propagare [14]) licuit, modo non [15]).

§. XXVII.

puris variolarum corrupti *varicellam* produxisse. Similia narrat Heim (Horn's *Archiv für med. Erfahrung.* 1809. *St.* 2. p. 235.). — Fréyer (apud Reil l. c.) tribus infantibus variolas inseruit pure eodem die, eadem ex pustula desumto. In uno infante dictum pus cum aqua dilutum fuit, in reliquis non. Illum variolas genuinas, hunc varicellam accepisse fertur. Elsner (*Ein paar Worte über Inoculation.* p. 47.) asserit, virus variolarum ope insitionis adeo mitigari, ut eo rursus inserto varicellae oriantur. — Hufelandius (*Bemerkungen über die natürlichen und inoculirten Blattern. Berlin* 1798) observavit, febrem catarrhalem, quae stadio eruptionis variolarum supervenit, adeo hujus exanthematis vim infregisse, ut illud varicellae simile evaserit, cui post aliquot hebdomadas genuinae variolae successerunt. — Interea ipse in diario suo (1825. October. p. 19.) jure meritoque fassus est: „*Die Variola bleibt Variola, die Varicella bleibt Varicella.*" — Vogel (*Handbuch der prakt. Arzneykunde.* p. 121.) ait: „*Es ist gewiss, dass zuweilen nach der Inoculation mit ächter Pockenmaterie eine Art unächter Pocken erfolgt, die vor der ächten nicht schützt.*"

11) „*Die Varicella kann sehr häufig und epidemisch erscheinen, ohne dass Variola vorhanden ist.*" (Hufeland l. c. p. 20.).

12) Heim l. c. p. 203.

13) „*Contro così fatta malattia della pelle niun potere preservativo spiegò la vaccina.* (Montesanto l. c. p. 4.).

§ XXVII.

Diagnosis.

Facilis confusio. 1. *Varicella* cum *bullis*, cum *variolis*, inprimis *truncatis* et cum *psydracia* confundi potest.

Distinctio a bullis.

2. *Bullae.*	*Varicella.*
a. Febrium graviorum sistunt symptoma.	a. Levissima febre stipari solent.
b. Absque certis prodromis nulla determinata die erumpunt.	b. Eruptio propriis prodromis plerumque nuntiatur, ac secunda morbi die contingit.
c. Dolor urens in parte eruptionem praecedit.	c. Nullus ante eruptionem dolor.
d. Etiamsi ab initio pisi sint magnitudinis, attamen cito amygdalarum adipiscuntur volumen.	d. Volumen rarissime pisi duplex acquirunt.
e. Saepissime sola crura occupant.	e. Plerumque universum corpus detinent.

Distinctio a variolis. 3. Distinctio *variolae* a *varicella* non adeo ardua est ac vulgo creditur, cum illa solum in casu

14) Fontaneille (l. c.) contendit, se cum successu varicellam et quidem vaccinatis inseruisse. Varicellam ope insitionis propagari posse, etiam experimenta Dimsdalii, Heberdenii, Willani, Heimii, Thomsoni comprobare videntur.

15) Sine omni successu insitio varicellae tentata fuit a Bartle, Bryce et Abercrombie.

casu malignitatis ad varicellae sive curriculum sive figuram accedat, haec autem constanter morbum benignum referat [1]).

Variola benigna.	*Varicella.*
a. Circa quartum diem efflorescit.	a. Secundo die erumpit.
b. Stadia sua reguariter per universum corpus decurrit.	b. Quo tempore novae pustulae adhuc erumpunt, aliae jam suppurant, aliaeque crusta obteguntur.
c. Halo ruber circum pustulas tantummodo sub stadio suppurationis comparet.	c. Halo ruber mox facta eruptione occurrit.
d. Odore specifico instruitur.	d. Odor specificus non animadvertitur [2]).
e. Febre suppuratoria stipatur.	e. Febris suppuratoria nulla.
f. Nulla ante nonum diem exsiccatio obvenit.	f. Jam quinto sive septimo die exsiccatur.

U 2 g Ada-

1) „Nunquam graviter aegrotantem ab hoc morbo observavi." (SWIETEN l. c.). Aliter quidem sentit MONTESANTO (l. c. p. 12.), ast caussa in propatulo. Quo enim scripsit tempore, variola mitigata, quam cl. vir pro varicella habuit, nondum satis nota erat.

2) Jure HUFELAND (l. c. p. 22.) ait desiderari: „*der eigentliche Pockengeruch, und zwar nicht blos der eiternden Pocken, sondern des Athems und Urins vor dem Ausbruche.*"

g. Adapertâ pustulâ pus effluit ac denuo accumulatur.	g. Adaperta pustula, quae parum materiei vix puri similis 3) largitur, concidit illa et amplius non repletur 4).
h. Foveae *plerumque* cuti concolores, inaequales, saepe punctis nigris notatae sunt.	h. Foveae candidae, plerumque regulares, sine punctis.

§. XXVIII.

Prognosis. Cura.

Prognosis. 1. Varicella omni periculo destituitur. Rarissime ea, vel facta insertione [1]), plus vice simplici recurrit [2]).

Cura. 2. Curatur varicella instar variolarum simplicium.

CAPUT

3) Varicellae pustulas ab illis variolarnm differre asserit SWIETEN (l. c.) „quod nunquam vero pure impleantur." Et SACCO (l. c.): „*Le pustule sieno esse appianate od emisferiche, non contengono mai una vera marcia, ma soltanto una linfa alquanto torbida.*"

4) *Allgemeine Literaturzeitung.* 1819. *Februar.* No. 29. p. 229. (Legitur ibidem, medicos Havnienses et Rotterdamenses hoc criterio uti).

1) HEBERDEN. l. c. p. 333.

2) Ter perpessae varicellae exemplum HEIM refert. (l. c. p. 202.). Et HUFELANDIO dicenti (l. c. p. 20.). „*Die Varicella kann mehrere mahle in dem nehmlichen Subject entstehen, gleich andern leichten acuten Haut-*

Caput VII.

De variolis truncatis.

§. XXIX.

Definitio. Historia et literatura.

1. *Variolae*, modo quidem consueto invadentes et efflorescentes, at dum ad suppurationis stadium perveniunt, ita a praevia, qualicunque demum vaccinatione frenatae, ut prospera fere semper mox restituta valetudine, in squamas aut crustas desinant, nobis *truncatae* dicuntur [1]). Definitio.

2. Primis jam inventi vaccinae temporibus singula exempla variolarum in hominibus antea vaccinatis observare contigit in *Brittannia* [2]), *Batavia* [3]), Historia et literatura.

ausschlägen, die Variola nicht, oder nur äusserst selten" assentio.

1) *Synon. Variola mitigata* (sic morbum primum salutavi; quum vero praevia vaccinatio variolas potius *breviores* quam *mites* reddat, novum, contra propriam consuetudinem, creavi vocabulum); *Variolois vaccinica.* Angl. *The modified small-pox; the mitigated small-pox.* Germ. *Umgeänderte, modificirte Pocken; Variolid.* Polon. *Ospa Lagodzana.*

2) R. Willan' *treatise on vaccine inoculation. Lond.* 1806. Vers. germ. (qua utor) auctore Mühry. Goett. 1808. (Propria 2 exempla a. 1800—8, et 24 alia a doctoribus Blair, Goldson, Ring, Dunning, Taw-

tavia [3]), *Gallia* [4]), *Suecia* [5]), *Dania* [6]), *Italia* [7]), *Germania* [8]). Tribuebantur partim confusioni

sett, Bryce, Rutter etc. narrantur). Ejusdem *Miscellaneous works. Lond.* 1821. — Joh. Adams thesis de variola et vaccina. Edinb. 1811. — Thomson *on varioloid diseases* etc. append. p. 40. in: *Edimb. med. phys journ. y.* 1814.

3) *Verhandelingen van het Rotterdamsch Genootschap ter Bevoordering van de Koepokinenting, Gehouden den* 9. *Dec.* 1807. *Rotterdam* 1808.

4) *Geschichte des bisherigen Erfolgs der Kuhpockenimpfung und Prüfung der gegen dieselbe gemachten Einwürfe, vorgelesen im August* 1812, *im kaiserlichen Institut von Frankreich, abgefasst von* Berthollet, Percy *und* Hallé. (*Salzburger med. chir. Zeitung* 1813. *B.* 4. p. 2(5.).

5) Dres Schjultz et Gistrén, in: *Svenska Läkare Sällskapets Handlingar. II.* 2. p. 67.

6) *Iversens Fyenske Tidende.* 1809. *No.* 4.

7) *Bibliothèque Britannique. T.* 45. p. 228. — C Pucciardi *riforma dell' inesto del Vajuolo naturale sopra la proposta vaccina. Pisa* 1811. *Replica al ragionamento del Sr. Dr.* C. Pucciardi *del Dottore* Francesco Tantini. *Pisa* 1812.

8) Wendelstädt *Sammlung med. und chirurg. Aufsätze, mit merkwürdigen praktischen Fällen. Hadamar* 1807. — Mühry, in: Hufeland's *Journal der prakt. Heilkunde.* 1809. *März.* 1810. *Februar.* Cfr. Horn's *Archiv für med. Erfahrung* 1809. *VII.* 2. p. 183. *VIII* 2. p. 187. 1811. 2. — Nolde, in: Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde* 1810. *April.* — Rave ibid. 1812. *August.* p. 98. — Wesener ibid. 1812. — Albers ibid. 1815. *August.*

fusioni variolarum cum varicella, partimque vaccinae spuriae. Quum vero haec exempla ab ann. MDCCCXVII sese indies cumulaverint, uti elucet ex relationibus, quae continentur in operibus H. Dewar [9]), J. Hennen [10]), Gysberti Hodenpyl [11]), J. Walker [12]), Stiprian. Luscii [13]), J. H. Schmidt [14]), Moll [15]), Kausch [16]), Elsässer [17]), Fr.

9) *Account of an epidemical small-pox, which occurred in Cupar in Fife and the degree of protecting influence of vaccination. Cupar* 1817.

10) *An account of the eruptive diseases, which have lately appeared in the military hospitals of Edimburgh* etc. *communicated in a letter to Dr. Duncan Junior. (Continuation in the Edimburgh med. and surgical Journal. No.* 56. *Oct.* 1818).

11) *Waarnemingen omtrent de thans heerschende Epidemie der Kinderziekte. Rotterdam* 1818. Et: *Vervolg op de Waarnemingen.* Ibid. 1818. Vide: Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde* 1818. *November.*

12) *Reply to* James Moore *on his mis-statements respecting the vaccine etablishment in the Metropolis and their officers or servants both living and dead. Lond.* 1818.

13) *De Waarde der Koepok Inenting gehandafden op nieuwe aanbevolen daar. Delft* 1818.

14) *Die Schutzblattern schützen gegen die Blattern nicht absolut und immer. Braunschweig* 1818.

15) In: *Hippocrates, toogewyd van den geheelen omvang van de Geneeskunde* etc. *door* Sander *en* Wachter. 1819. *Heft* 2. p. 97.

16) *Memorabilien der Heilkunde. Züllichau* 1819. *B.* 3.

Fr. Ludwig [18]), G. Gregory [19]), Berard et Lavit [20]), B. Saillon [21]), Thomassen a Thuessink [22]), J. Conolli [23]), M. Byrde [24]), Willeversch *), et in diariis medicis similibusque opusculis

et: Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde* 1819. *Juny.* p. 49. — 1820. *Juny.* p. 4.

17) *Beschreibung einer Menschenpockenseuche die* 1814 — 1817 *in Würtemberg geherrscht hat. Stuttgard* 1820.

18) *Historia insitionis variolarum vaccinarum. Lips.* 1821 — 1823.

19) *An adress to parents on the present state of vaccination in this country; with an impartial Estimate of the protection which it is calculated to afford against small-pox. London* 1822. *Report of the physician of the small-pox and vaccination hospital.* 1825.

20) *Essai sur les anomalies de la variole et de la vaccine, avec l'histoire analytique de l'épidémie éruptive, qui a regné à Montpellier.* 1823.

21) *Examen comparatif de la petite vérole et de la vaccine. Paris* 1823.

22) *Waarnemingen omtrent de ziekten, welke in het jaar* 1800 *tot* 1801 *in het nosocomium clinicum van de akademie te Groningen zyn waargenomen, inzonderheid bevattende de epidemie der Kinderpokken, welke aldaar geherrscht heeft. Gröningen* 1824.

23) *Observations on vaccination. London* 1824.

24) Specimen medicum de *Epidemia variolosa*, quae annis 1822 ad 1824 in urbe Rheno-Trajectina fuit grassata et de variolidibus vaccinis. Traject. ad Rhenum 1824.

*) *Auch ein Wort über die Erscheinung der Menschenblattern. Trier* 1827.

culis *Londini*[25]), *Edinburgi*[26]), *Dublini*[27]), *Hafniae*[28]), *Holmiae*[29]), *Parisiis*[30]), *Bordegalae*[31]), *Bon-*

25) Foosbrock, in: *The London medical repository.* 1814. *Febr.* — 1815. *Decemb.* — 1818. *Dec.* — 1819. *August, Sept.* — Ring ibid. 1814. *March.* — Walker ibid. 1814. *Nov.* — Gilbert Blane ibid. 1820. *March.* — Sherman ibid. 1822. *Dec.* — Gaitskell, in: *The London medical and phys. Journal.* 1818. *Dec.* — Bent ibid. 1819. *Juny.* — Macleod et Harrison ibid. 1820. *Jün. Aug.* — 1824. *Sept.* 1826. *Jan.* — E. Morton ibid. 1827. *Mai.* — G. Blane, in: *The med. and chir. transact. of the med. and chir. soc. Vol. X. et XII.* — *Medico chirurgical review.* 1825. *April.* — *Copy of the report to the secretary of state from the national vaccine establishment, dated* 9th. *April* 1818. et: Hecker *neueste Verhandlungen in England über die Schutzkraft der Kuhpocken*, in: Hufeland's *Journal der pr. Heilk.* 1819. *Febr.* p. 69. *April.* p. 79.

26) Alison, in: *The Edinburg med. and phys. journal No.* 55. — Crane ibid. *No.* 62. — Verdeil ibid. *No.* 63. — Hill ibid. *No.* 67. — Alford ibid. *No.* 68.

27) *Cases of eruptive diseases by Dr.* Robinson, in: *Transactions of the associations of fellows and licentiates of the king's and queen's college of physicians in Ireland. Vol.* 3. *Dublin* 1820. p. 105—111. — Jos. Clarke ibid. *Vol.* 4.

28) *Danske Staatszidende.* 1824. — *Nye Hygäa* 1825. 1826.

29) *Års-Berättelse on Svenska Läkare-Sällskapets Arbeten. Lemnad den* 5. *October* 1825. *af* C. J. Eckströhm. *Stockholm* 1825. 8. p. 29 seq. — Fr. Holst,

Bonnae [32]), *Berolini* [33]), *Vinariae* [34]), *Viennae* [35]),

in: *Magazin for naturvidenskaberne. Vol* 4. p. 186. (Epidemia Christianopoli observata, a. 1819).

30) *Rapport du comité central de vaccination pratiquée en France pendant les années* 1818 *et* 1819. *Paris* 1822. In: *Nouveau journal de médecine* etc. *Avril* 1819. — *Rapport de la commission de vaccination de Marseille.* In: *Revue médicale française et étrangère, a.* 1826.

31) *Rapport fait à la société de médecine à Bordeaux au nom d'une commission chargée de faire des recherches sur les prétendues petites véroles, survenues chez des individus, qui avaient eu la vraie vaccine. Bordeaux* 1822.

32) Ritgen, in: *Rheinisch-Westph. Jahrbücher. B.* 2. *St.* 1. p. 88. — Harless ibid. *B.* 9. *St.* 1. p. 109. — Pieper ibid. *B.* 12. *St.* 3. p. 57.

33) Oelze, in: Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde* 1822. *Januar.* — Seiler ibid. *April.* — Hufeland ibid. 1824. *Octob.* p. 1. — Kuntzmann ibid. p. 30. — Tourtual ibid. p. 36. — J. Urban ibid. p. 50. — Dornblüth ibid. *Supplementheft.* p. 48. — J. Oegg ibid. 1826. *Novemb.* p. 68. — E. L. H. Lebenheim ibid. *Decemb.* p. 89. — Erdmann ibid. 1827. *März.* p. 59—62. — Rust's *Magazin für die gesammte Heilkunde. B.* 15. *St.* 1. — Horn's *Archiv für med. Erfahrung.* 1823. *November, December.* 1824. *Mai, Juny.* 1826. *Novemb. Decemb.* — Diss. quaedam de variolis nostri temporis. Auct. C. F. Bahn. Berol. 1826.

34) Froriep's *Notizen aus dem Gebiethe der Natur und Heilkunde.* 1825. *November.*

nae[35]), *Mediolani*[36]), *Paduae*[37]), *Genevae*[38]), *Vilnae*[39]) et in *America*[40]) editis, res propius prosequuta est. Intelligebatur nimirum, homines, quibus vaccina insita fuerat, posse interdum in variolas incidere, at in variolas indolis peculiaris. De istis variolis *mitigatis* seu *truncatis*

35) Gölis, in: *Medicinische Jahrbücher des Oesterreichischen Staats.* B. 6. St. 1. — Stelzio, in: *Beobachtungen und Abhandlungen aus dem Gebiethe der ges. prakt. Heilkunde, von Oestreichischen Aerzten.* B. 3. 1823. p. 221 — 308.

36) Gobbetti, in: *Annali universali di medicina pratica, compilati da* A. Omodei. 1824. *Gennajo.* p. 133. — G. B. Fantonetti ibid. 1827. *Febbraj. e Marz.* p. 386.

37) Ghirlanda, in: *Nuovi commentari di medicina e di chirurgia, da* Brera, Ruggieri *e* Caldani. *Padova* 1819.

38) *Bibliothèque universelle. T. XXVIII.* p. 239 et 313. (Epidemia loci Chesne, auctore P. Dufresne).

39) Joseph Frank, in: *Dziennik Medycyny chirurgyi i Farmacyi przez Towarzystwo Lekarskie w Wilnie wydawany. Vol.* 1. 1823.

40) Hor. Jameson *account of the small-pox, which prevailed at Baltimore during Winter* 1821 — 1822. (*American medical recorder. Vol.* 5. *Apr.* 1822. p. 224.); — Th. Mitchell *a candid inquiry into the present state of vaccine.* (Ibid. p. 257, et in: *the national gazette and literary register. January* 1824.); — J. Bell, in: *New-York med. and phys. journal* 1824. *June.* — C. E. Blatchley, in: *New-York medical repository.* 1824. *Febr.*

catis docte denique disseruere Alex. Monro [41]), Joh. Thomson [42]), Joh. Cross [43]), J. M' Gregor [44]), W. Stocker [45]), J. M. Gittermann [46]), Wendt [47]),

41) *Observations on the different kinds of small-pox and especially of that which sometimes follows vaccination. Edimb.* 1818.

42) *Some observations on the varioloid disease which has lately prevailed in Edinburgh and on the identity of chicken-pox and modified small-pox. (Edimburgh med. and phys. journal No.* 56. *Octob.* 1818). Et: *Further observations.* (Ibid. *No.* 57. *Novemb.* 1818). — *An account of the varioloid epidemic, which has lately prevailed in Edimburg and other parts of Scotland, with observations on the identity of chicken-pox with modified small-pox. In a letter to Sir J. M' Gregor. Lond.* 1820.

43) *A history of the variolous epidemic which occurred in Norwich in the year* 1819, *and destroyed* 530 *individuals: with an estimate of the protection afforded by vaccination and a review of past and present opinions upon chicken-pox and modified small-pox. Lond.* 1820.

44) *An account of the varioloid epidemic, which has lately prevailed in Edinburgh and other parts of Scotland, with observations on the identity of chicken-pox with modified small-pox. London* 1820.

45) *Observations on the varioloid disease or on small-pox, under the form which it presents in persons previously vaccinated, illustrated by cases and experiments, published with a view to a true estimate of the value of vaccination. Dublin* 1821. — *Letter to Dr.* Thomson *containing observations on the occurrence of small-pox after small-pox and vaccination.* In

WENDT[47]), A. F. LÜDERS[48]), J. JENNING CRIBB[49]), C. W. HUFELAND[50]), FR. W. RUBLACK[51]), GROSJEAN[52]), F. PASCALIS[53]) et N. C. MOEHL[54]).

§. XXX.

the Edinb. medical and surgical Journal. January 1824. p. 84.

46) In: HUFELAND's *Journal der pr. Heilkunde. April, Mai.* 1821. — *Over de gewyzigde Kinderpocken. Harlem* 1824.

47) *Beyträge zur Geschichte der Menschenpocken, Kuhpocken und modificirten Menschenpocken. Kopenhagen* 1824.

48) *Versuch einer kritischen Geschichte der bei Vaccinirten beobachteten Menschenblattern, nebst Untersuchung über die Natur, die Ursachen und die Verhütung dieser Krankheit. Altona* 1824.

49) *Small-pox and cow-pox; comprehending a concise history of those diseases. Cambridge* 1825.

50) *Die Pockenepidemie der Jahre* 1821 *und* 1824, *nebst ihren Resultaten, besonders in Beziehung auf modificirte Pocken.* (*Journal der prakt. Heilkunde.* 1825. *October.* p. 1.).

51) *Die Kuhpocken und die Mensehenblattern. Mittheilungen aus dem Gebiethe der Erfahrung. Dresden und Leipzig* 1826.

52) *Rapport sur une épidémie varioleuse observée en* 1826. *dans l'arrondissement de Rerimont, département des Vogues.* (*Revue médicale* 1826. p. 344.).

53) *Ueber die verschiedenen Arten umgeänderter Pocken.* (Ex *New-York med. and physical journal. Vol.* 4. p. 222. in: GERSON *und* JULIUS *Magazin der ausländ. Literat. der gesammt. Heilkunde.* 1827. *März, April.* p. 312.

§. XXX.

Symptomata.

Monitum. 1. Variolas truncatas ita describere aggredimur, uti illas *quinquies* conspeximus, interjectis aliorum observationibus debitisque testimoniis firmatis.

Curriculum morbi. 2. Ingruit morbus aegritudinis sensu horripilatione, et calore sibi invicem succedentibus, pulsu frequenti, duro, aliàs vix febrili [1]), urinâ turbidâ, jumentosâ, et cephalaeâ. Sunt qui raucedinem, tussim, difficultatemque deglutiendi animadverterint [2]); et nos ipsi dolorem laryngis [3]). Accedunt saepe nausea, vomitus et cutis modo universae, modo partis rubor erysipelaceus [4]). Tertio nychthemero versus finem vergente vel quarto ingruente rubor iste evanescit, comparente simul, ut in variolis communibus fieri solet [5]), eruptione exanthematis sub forma macu-

54) De variolidibus et varicellis. Copenh. 1827. 8.

1) Johnson l. c.

2) Dr. Liverpool apud Monro l. c. p. 200. — Horat. Jameson l. c.

3) *Dziennik medycyni* etc.

4) Primum de hoc symptomate locutus est, ni fallor, Willan (l. c.); cum id tribus vicibus conspexerim, non dicerem cum Lüders (l. c. p. 105.): „*Selten geht dem Ausbruch, wie bey bösartigen Blattern oft der Fall ist, ein Erythem des Halses, der Brust und des Gesichts voraus.*“

5) Eruptionem modo inverso contingere contendit Lü-

macularum rubrarum, circularium, in medio nodulo profundius rubro et subduro instructarum. Cessat inde febris [6]). Macularum nonnullae vix eruptae iterum evanescunt; ex aliis vesiculae formantur halone laete rubente circumdatae, ac liquido primum diaphano dein lacteo replendae. Quarum vesicularum nonnullae, puncto in medio fusco reddito, exsiccantur, rumpuntur et squamis obducuntur, reliquae autem pure repleri incipiunt, ita ut observato aegroto quinta sextaque morbi die, praesentiam variolarum consuetarum jurejurando affirmares, ac futuram febrem suppuratoriam, ut nobis primis conspectis in aegrotis contigit, praedixeris. Juxta aliorum observationes [7]), vesiculae et pustulae variolae truncatae

DERS (l. c.): „*Gewöhnlich brechen die Stippen zuerst an den Extremitäten hervor, von da sie sich allmählich über den Rumpf und das Gesicht verbreiten.*" Contendit quoque, eruptionem repetitis vicibus coacervatim contingere: „*Es ist dabey wohl zu bemerken, dass der Ausbruch jedesmal in successiven Gruppen geschehe, die sich bis zum 4. 5. Tage oft einander folgten, so, dass in einem Subjekte die verschiedenen Stadien der Blatterpustel zu gleicher Zeit zu sehen waren.*" Hae assertiones nullo pacto cum meis conveniunt, et verosimiliter ex confusione morbi nostri cum varicella pullulant.

6) Sic quoque BELL (apud MONRO l. c. p. 130.), VESSIE (apud THOMSON l. c. p. 26.) aliique.

7) Huic monet STOCKER (l. c.) variolas truncatas easdem

catae minores [8]) sunt, minusque acuminatae et planae [9]), centro depressae [10]), parum ad basin inflammatae [11]) et verrucosae [12]). Ut ut sit, febris suppuratoria, etiam ibi ubi pustulae confluentes sunt [13]), paucis concessis exceptionibus [14]), *haud* apparet [15]), illiusque loco jam convalescentia ingruit, pustulis, inodoris [16]), sensim sensimque in crustulas mox tenues, mox corneas desinentibus. Crustae hujusmodi secunda tertiave hebdomade decidunt [17]), relicta raro cicatrice, saepe pro tempore cutis elevatione verrucosâ [18]).

§. XXXI.

formarum diversitates (*changes*) exhibere, ac ipsae variolae.

8) Schjulz l. c. — Monro l. c.

9) Kuntzmann, in: Hufeland's *Journ. der pr. Heilk.* 1825. *October*. p. 32.

10) Cross l. c. 11) Liverpool l. c.

12) „*Die Pocken erheben sich langsam und unvollkommen, behalten eine mehr platte Form (Antheil des vaccinischen Charakters) und festere trockne, mehr warzenartige Consistenz* (verrucosae), *und enthalten weniger und zähes Eiter, manche sind ganz leer* (siliquosae"). Hufeland l. c. p. 29.).

13) Smith apud Monro. p. 186. — Liverpool ibid. p. 200.

14) Eam sat validam semel vidi die 20. Decembr. a. 1819. in clinico Vilnensi.

15) Sic Willan, Monro, Dewar ll. cc.

16) Thomson, ut puto, jure; contrà Fergusson, Johnston etc.

17) Crustas variolae truncatae tardius, quam illas variolae consuetae decidere, asserit Lüders (l. c. p. 106.).

§. XXXI.

Caussae.

1. *Dispositionem* ad variolas truncatas nec in aetate aegrotorum [1]), neque in spatio temporis inter vaccinationem et evolutionem morbi locum habente [2]); sed in peculiari corporis idiosyncra- C. praedisponentes.

18) LÜDERS l. c. („. . . *und lässt auch dann gewöhnlich noch die Haut warzenförmig erhaben zurück, welche erst allmählich sich bis zur platten Oberfläche senkt, bald eine Narbe, bald keine hinterlassend*").

1) Juxta THOMSON et DUFRESNE (ll. cc.) facillime infantes decimum aetatis annum agentes, variolas truncatas experiuntur; ego autem hunc morbum nonnisi inter adolescentes et adultos vidi.

2) HODENPYL (l. c.) variolas truncatas rarius in iis obvenire contendit, qui haud dudum vaccinati fuere. Jure autem LÜDERS (l. c. p. 103): „*Man hat sie in einer Zeit von einigen Wochen bis zu 20 Jahren nach der Vaccination beobachtet, ohne dass die Länge der zwischen der Vaccination und dem Erscheinen der Blattern liegenden Zeit auf ihre grössere oder geringere Heftigkeit Einfluss hätte; zu welcher Annahme wir um so mehr berechtigt sind, als die von uns genannten Autoren, welche über diesen Gegenstand etwas äussern, sich in ihren Angaben widersprechen, und ihre dessfalligen Behauptungen mehr nach ihren, der Vaccination mehr oder weniger günstigen, Vorurtheilen gebildet scheinen, als auf gültige Gründe, auf die Vergleichung einer grossen Masse von Thatsachen sich stützen.*" Et DUFRESNE (l. c.) contendit: „*que les individus vaccinés sont susceptibles de l'imprègnation*

syncrasia [3]), vaccinae vim eludente, maxime autem in vaccinationis opere imperfecto invenimus.

C. excitans.. 2. Hac nimirum caussae, quatenus obstant, ut connata dispositio corporis humani pro variolis ut decet eradicetur, hujus morbi contagio aditum concedunt [4]); *aditum*, inquam, neutiquam vero potestatem curriculum absolvendi. — Ex *varicellae* contagio nemo, THOMSONII [5]) ad exemplum, variolas truncatas derivabit, cui differentiae essentiales, quae inter hos morbos exstant [6]), notae sunt. Nec facile quis illi fidem tribuet, qui variolam truncatam *pro specie vaccinae* habet *). Variolas truncatas *pro novo variolarum,*

variolique en tout temps, qu'ils soient plus ou moins éloignés de la date de leur vaccination."

3) „*Nicht in diesen Kuhpocken, sondern in einer Idiosyncrasie einzelner menschlichen Organismen liegt es, dass die Vaccine in einzelnen seltnen Fällen, nicht ihr volles Schützungsvermögen auf die gewöhnliche Art bewährt.*" (STIEGLITZ, in: HORN's *Archiv für med. Erfahrung* 1809. p. 215.).

4) „*Die Epoche des latenten Giftes von dem Augenblick der Ansteckung bis zu den ersten Spuren der Reaction des Organismus ist, wie bei den regelmässigen Blattern, in ihrer Dauer unbestimmt, von* 5 *bis zu* 14 *Tagen. Wo ausgebreitete Epidemieen waren, da liess sich auch in den wenigsten Fällen die Art und Zeit der Ansteckung nachweisen.*" (LÜDERS l. c. p. 104.).

5) l. c. 6) §. XXXII. No. 1.

*) GUILLON, in: *revue médicale. Février* 1827.

larum, eoque pernicioso *genere*, decem abhinc annis ex India Orientali ad Americam, et inde ad Europam delato ac vaccinatis hominibus praeprimis infenso declarare 7), opinio est omni fundamento destituta 8). Potius suspicioni venia concedenda foret, posse variolarum contagium a certis constitutionibus epidemicis ita acui, ut vaccina illi more solito haud resistere valeat 9); nisi constaret, variolarum truncatarum proventum potius cum neglectu cautelarum in inserenda et dijudicanda vaccina rectam agnoscere rationem. Observari

7) Opinio centurionis militum MOREAU DE JONNÉS die 16. Octob. 1826. coram R. Academia medicorum, quae Parisiis floret, prolata. Viro isti claro in tractatu nostro de febre flava debitum laudis tributum persolvimus; nunc autem liceat illi dicere: *Ne sutor supra crepidam!*

8) Variolae enim truncatae 1° jam ultra decem annos in Europa obveniunt; 2° In locis obveniunt, quibus nullum commercium cum America est; 3° Passim inter solitas variolas evolvuntur; et 4° nullum malignitatis indicium exhibent. Cfr. HUFELAND's *Journal der pr. Heilkunde.* 1827. *Januar.* p. 121.

9) Revera peculiari modo perniciosae fuerunt epidemiae variolarum, variolis truncatis faventes, quas descripserunt THOMSON (in epidemia a. 1818. Edimburghi grassante ex 205, variolis consuetis laborantibus 50 mortui sunt) et JAMESON (Epidemia mense Augusto a. 1821. Baltimori observata cum epidemia variolarum malignarum a. 1671. a SYDENHAMO in suis operibus a. 1716. Genevae editis p. 145. descripta, magnam similitudinem aluit).

servari nimirum variolae post vaccinationem potissimum iis in regionibus solent, in quibus insitionis negotium, ob debitae politiae medicae defectum [10]), ab agyrtis, mulierculis aliisque ignaris absolvitur. Ad nos quod spectat, non quidem miramur, post tales vaccinationes hinc inde variolas apparere, sed potius quod non continuo, quodque saepe vi fractae appareant. Tandem suspicamur et experimenta, a tot medicis, quandoque

10) Quam turpiter vaccinationis negotium in Scotia absolvi soleat, ex scriptis Bryce (*Pract. observat.* p. 168.), Farbes (l. c.), Cross (l. c. append. p. 270.) elulet. Vere hinc Lüders (l. c. p. 138.): „*In den häufigsten Fällen, welche die Autoren von Varioloiden Vaccinirter angeführt haben, wird der Verlauf der Kuhpocken nicht angegeben, noch werden sonstige Beweise von ihrer Vollständigkeit und Aechtheit beygebracht, sondern nur erwähnt, die Blatternkranken seyen vaccinirt gewesen . . . . Fälle aber von vollständig und regelmässig verlaufenen Blattern nach erwiesen vollständiger Vaccination sind in den erwähnten Schriften gar nicht enthalten und wir bezweifeln daher, dass sie überhaupt je beobachtet sind. Giebt es aber deren — wie denn bekanntlich jede Regel ihre Ausnahmen hat, — so sind sie sicher höchst selten und verdanken ihr Entstehen jenen unerklärlichen Eigenthümlichkeiten gewisser Individuen, welche z. B. auch zweimalige vollständige Blattern in demselben Individuo möglich machten, und die man mit dem Nahmen der Idiosyncrasien bezeichnet.*" Consentiunt C. W. Hufeland, Thomassen a Thuessink, aliique medicorum nostri aevi principes.

doque sine conscientia [11]), merae (ceterum non contemnendae) curiositatis causa, vaccinae ope suscepta, variolis truncatis viam stravisse.

§. XXXII.

Diagnosis.

1. Quum *variola* propterea quod *truncata* sit, ideo ad variolas pertinere haud cesset; elucet, illam a *Varicella*, pro qua immerito declarata est, et ad quam (ut cum ipsis variolis contingere potest) plus minus interdum accedit, probe distinguendam esse. Distinctio a varicella.

Varicella.	*Variola truncata.*
a. Quocunque tempore grassatur.	a. Grassatur dumtaxat regnantibus simul variolis, apparetque inter ipsos aegros variolis laborantes [1]).
b. Adgreditur indi-	b. Adgreditur solum- scrimi-

11) Sic Cazals (*Rapport du comité central de vaccine* etc. *pendant l'année* 1810. *Paris* 1812. p. 51.) infanti quatuor annorum circiter drachmam pulveris crustarum vaccinae, ori ingerendi exhibuit, subsequentibus gravibus symptomatibus et 180 pustulis vaccinicis super universum corpus.

1) A. Monro l. c. — Jameson l. c. — Gittermann l. c.

scriminatim, qui variolas perpessi sunt, vaccinati fuere, quique haec exanthemata non agnoverant [2]).

c. Insita aut nullum effectum aut rursus varicellam producit.

d. Secundo die erumpit.

e. Quo tempore novae pustulae adhuc erumpunt, aliae jam suppurant et exsiccantur.

modo eos, qui vaccinam habuerunt [3]).

c. Insita variolam legitimam excitat [4]); item per contactum.

d. Circa quartum diem efflorescit.

e. Regulariter instar variolae decurrit, donec exsiccet.

Variola truncata sine variolis.

2. Dari *variolas truncatas sine variolis*, comparente solum rubore cutis et faucium una cum

2) A. Monro l. c.

3) Post insitionem variolarum, infectio variolarum naturalium consuetam producit variolam, non eam mitigatam. (Forbes, in: *Lond. med. repository. Sept.* 1822).

4) Willan, Monro ll. cc. — J. Malloch apud Thomson l. c. p. 277. — Gittermann l. c. Memorabile exemplum narratur (*The Edimb. med. and surg. Journ., No.* 59.) contagii videlicet variolae truncatae infantem *non* vaccinatum aggredientis variolamque truncatam efficientis, pure vero ex hac desumto in infantibus *non* vaccinatis variolam communem gignente.

cum febre, contenditur [5]). Temeraria sane diagnosis!

3. Ceterum variolam truncatam modo *simplicem* esse modo *complicatam*, inficias non ibimus. Illam summopere inflammatoriam conspeximus [6]), conspexerunt alii biliosam, verminosamque [7]). Varia indoles.

§. XXXIII.

Prognosis.

1. Non quidem desunt exempla variolarum truncatarum lethalium, at certis testimoniis stando [1]), pauca haec [2]), quandoque complicationibus cum aliis morbis tribuenda [3]). Periculum.

2. Con-

5) Cross l. c. 6) *Dziennik medycyny* l. c.

7) Lüders l. c. p. 105.

1) Si Eckström (l. c.) nobis dicat, inter 560 anno 1824 variolarum culpa demortuos, 34 rite vaccinatos fuisse; nescio utrum talis assertio fletus loco potius risum movere debeat. Jure illi fidem negat Julius (*Magazin der ausländischen Literatur der ges. Heilkunde. July, August* 1826. p. 129.).

2) Spatio quinque annorum quibus viguit variolarum *epidemia* in *Scotia*, variolae truncatae culpâ mortuos viderunt *duos* Block, totidemque Thomson, *unumque* Henderson, Syme, Dewar (Lüders l. c. p. 116.). In epidemia variolosa *Parisiensi* a. 1825, variolae dumtaxat *uno* in aegroto legitime vaccinato lethales fuere. (*De la vaccine et de ses heureux résultats, démontrés par des visites faites au domicile des individus décédés à Paris par suite de la petite vérole, en* 1825, *ouvrage publié sous les auspices*

Beneficium.

2. Concludimus inde, vaccinam adeo securum contra variolas sistere antidotum, ut etiam non omnino ad nutum succedens, nihilominus maximae hominum parti vitam salvet [4]). Versus medietatem seculi proxime elapsi mitigatio variolarum, quâ illarum suppuratio impediretur, jam pro summo coeli beneficio habita fuisset [5]); et hodie vaccinae vitio vertitur, quod ejus mirabilis vis inter mille et mille casus semel ab adventitiis rerum positionibus circumscribatur [6]). Non

du gouvernement par MM. le chev. Bruneet, Doussin-Dubreuil et Charmont. *Paris* 1826. 8.). Triumphum vaccinae exhibent: *Vaccine establishment. Copies of the annual report of the national vaccine Board to the secretary of state for the home departement. Ordered by the house of commons to be printed,* 2. *March* 1826. *fol.* — *Royal metropolitan infirmary for sick children vaccination. Documents exhibiting the actual state of vaccination among* 30117 *children of the poor in the metropolis, presented at a general meeting of the directors and governors of the infirmary. By* A. B. Granville. *Jan.* 1826. *fol.*

3) Lüders l. c. p. 34. (Ubi de exemplo a Cross relato loquitur aegroti peticulis simul adfecti demortui).

4) „*Jeder fühlende Mensch muss seine Kniee beugen und dem Vater der Liebe danken, für dieses Rettungsmittel ihn segnen und es in sein Haus aufnehmen.*" (Hufeland's *Journal der pr. Heilk.* 1824. *Octob.* p. 47.).

5) Cap. V. §. XXIII. No. 2.

6) In epidemia variolarum a. 1819. Norwich grassante, 10,000 vaccinati incolumes manserunt, et inter 3000 non vaccinatos, 530 mortui sunt.

Non immerito mehercle idioma latinum generi humano vocabulum, grati animi tributum designans denegavit!

3. *Semiotica* variolae truncatae nondum satis exculta est. Id interea constat, vim invasionis hujus morbi neutiquam cum illa exanthematis cohaerere [7]), variolarumque erumpentium copiâ periculum minime augeri [8]). Semiotica.

§. XXXIV.

Prophylaxis. Cura.

1. Ad variolarum in vaccinatis proventum coercendum, vaccinationis opus excolendum potius quam divulgandum foret. Altera ex parte qui vaccinae beneficio omnibus numeris absoluto frui nequeunt, cur quoque parte illius defraudari deberent? Nil sane impedit, quominus homines, quorum vaccina sub adversis auspiciis locum obtinuit, aut quocumque demum pacto dubia successus reliquit, altera vice vaccinentur. Alias repetitam vaccinam instituere [1]) superfluum cense- Prophylaxis.

7) Observavi stadium invasionis variolarum truncatarum adeo vehemens, ut variolas confluentes expectassem; attamen paucae admodum variolae in conspectum venere.

8) Vere Thomassen a' Thuessink (l. c.) vaccinam praeviam nullum imperium in copiam variolarum exercere, ac ideo solum prodesse, quod illarum in suppurationem transitum impediat.

1) Suadetur inter alios a Seiler (l. c.).

censemus, et quatenus universalem multis circumdatam difficultatibus. Brevior enim longe atque tutior sese nunc (adjuvante videlicet vaccina [2])) exhibet Regimini via cives a periculo variolarum tuendi: extendantur ad variolas leges jam dudum adversus *pestem* prolatae, et adversus typhum, si vota nostra exaudiantur, proferendae.

Cura. 2. Aliam *variolae truncatae* curam indicare nequimus, ea quam adversus variolas, sub diversis rerum positionibus commendavimus.

Caput VIII.

De zostere.

---

§. XXXV.

Definitio. Historia et literatura.

Definitio. 1. Phlyctaenae conglomeratae magnitudinis circiter pisi, cum summo ardore, inprimis nocturno, praevia febre, interdum cum anxietate et symptomatibus gastricis, ad *alterutrum corporis humani latus* prorumpentes, *zosterem* [1]) constituunt.

2. Cel-

2) C. G. Kuehn de necessitate legis, qua omnes terrae cujusdam incolae, qui variolis nondum laborarunt, vaccinationi subjici debent. Progr. I. II. Lips. 1826. 4.

1) A Graec. *Ζωστὴρ, Ζώνη.* Circinus Plinii. Zona

2. Celsus quidem de exanthemate loquitur[2]) (rite animadvertente Bateman[3])) cum zostere similitudinem alente; at quum characterem illius essentialem (sedem videlicet ad dimidium corporis vel qualiscunque demum partis affectae latus circumscriptam) silentio praetereat[4]), multum dubi- Historia et literatura.

aliorum. Zona ignea Fr. Hoffmanni. Cingulum. Ignis sacer *auctorum.* Hieropyr Vogelii. Herpes zoster. Erysipelas zoster Sauvages. Erysipelas phlyctaenodes Cullenii. Germ. *Der Gürtel: Feuer-Gürtel; Umlauf; Rother Umlauf; Feuriger Umlauf; Gürtel-Rose.* Gall. *Ceinture dartreuse; Jarretière; Le Zona; Le Zoster.* Ital. *Cintola erpetica; Zostere; Cintura erpetica.* Hispan. *Zoster; Cintura herpetica.* Lusit. *Fogo de Sam. Marzal; Fogo de Santo Antão.* Angl. *Skingles.* Belg. *Roode omloop; Gordelroos.* Dan. *Natild.* Suec. *Natteld.* Island. *Ristill.* Ross. Рожещной поясъ.

2) Liber de medicina V. c. 28. §. 4.

3) *Praktische Darstellung der Hautkrankheiten, nach Willan's System. A. d. Engl. Halle* 1815. p. 339. *not.*

4) „Sacer quoque ignis malis ulceribus adnumerari debet. Ejus duae species sunt. Alterum est subrubicundum, aut mixtum rubore atque pallore; exasperatumque per pustulas continuas, quarum nulla altera major est, sed plurimae perexiguae. In his semper fere pus, et saepe rubor cum calore est: nonnunquam etiam exulceratio, ubi, ruptis pustulis, ulcus continuatur, humorque exit, qui esse inter saniem et pus videri potest. Fit maxime in pectore, aut lateribus, aut eminentibus partibus, praecipueque in plantis. Alterum autem est in summae cutis exulceratione, sed sine altitudine latum, sublividum inaequaliter tamen;

dubitationi locum relinquit. Item SCRIBONIUS LARGUS [5]). Secus autem PLINIUS noster Novocomensis [6]), qui, si prognosin excipias, rem acu tetigit [7]). Idem de TULPIO [8]) minime asserere auderemus, etsi pro primo de hoc morbo scribente medico haberi soleat [9]); suspicamur etenim eum *urticariam phlyctaenosam* descripsisse [10]). Certe non

mediumque sanescit, extremis procedentibus: ac saepe id, quod jam sanum videbatur, iterum exulceratur. At circa, proxima cutis, qnae vitium receptura est, tumidior et durior est, coloremque habet ex rubro subnigrum. Atque hoc quoque malo fere corpora seniora tentantur, aut quae mali habitus sunt; sed in cruribus maxime."

5) De componendis medicamentis. Lib. II.

6) Hist. nat. libr. XXVI. Cap. XI.

7) „Ignis sacri plura sunt genera, inter quae *medium hominem ambiens*, qui *zoster* appellatur et enecat, si cinxerit." (l. c.).

8) Lib. III. obs. med. Cap. 44.

9) BURSERIUS Instit. med. pract. T. II. cap. 3. §. 45.

10) „Vir pleni habitus, et calidi jecinoris vehementer circa praecordia doluit cum acri *pruritu*, insigni dolore, et frequentibus pustularum conglomeratarum circulis, primum rubris, mox *albicantibus*, et comparente qualibet earum crusta nigra, qua convenienti litu separata, quaelibet degeneravit in humidum ulcusculum cum acri dolore, sudore effuso, et interdum tam impetuoso virulentae materiae *raptu ad interiora*, ut *animus non secus aliquoties deficeret*, ac si ipsum occupasset contagiosa aliqua pestilentia." (Ex TULPIO, FR. HOFFMANN opp. omnia. T. IV. P. I. cap. XIII. §. 6. obs. 6. in epicrisi. p. 104. edit. gener.).

non zosterem, ut vulgo creditur, sed erysipelata plus minus a consueto tramite aberrantia descripserunt Ch. M. Adolphius [11]), Brechtfeldius [12]), S. Schulzius [13]) et W. Th. Rauns [14]). Nec melioris notae aliae illius aevi sunt hujusmodi observationes, exceptis quodammodo iis E. Hagendornii [15]), Gulbrandi [16]) et Spindler [17]). Penitior

11) Zoster Plinii, item Zincilla, a plurimis zona ignea appellatur. In: Act. acad. nat. cur. Vol. X. obs. 9. p. 33.

12) Th. Bartholinus acta Hafn. 1671 et 1672. obs. 98. (Refert Brechtfeld se zosterem *totum ventrem* fascia ambientem, simulque tibiam aggressum observasse).

13) De zona sive ζωστηρι, erysipelatis specie ejusque curatione; cum addendis Ros. Lentilii et G. Dethardino. In: Miscell. acad. nat. cur. dec. I. a. 3. 1672. p. 3. dec. III. a. 5 et 6. 1697 et 1698. Append. p. 92. A. 7 et 8. 1699 et 1700. Append. p. 73. (Loquitur de erysipelate, quod mox post accessum deseruit locum, ad alium migrans).

14) De vehementi febri erysipelacea, zonae haud absimili. In: Act. acad. nat. cur. Vol. X. p. 91. (Protulit de zostere a malleolis per utrumque femur ad hypogastrium usque extenso).

15) De linea rubicunda cum vesiculis in hypochondrio sinistro. In: Misc. acad. nat. cur. dec. I. a. 3. 1672. p. 397.

16) Observationes de erysipelate. In: Act. Soc. R. Hafn. Vol. I. p. 142.

17) Centuria observationum medicinalium. Edit. a Rayger cum notis. 1691. obs. 92.

tior zosteris (ceterum pro specie sive erysipelatis sive herpetis habiti) notio in tempora incipit Fr. Hoffmanni [18]), Junkeri [19]), Haenii [20]), Z. Plateri [21]), P. G. Schröderi [22]), Lorry [23]), Geoffroy [24])

18) l. c. („Professor celeberrimus quinquaginta et aliquot annorum, purpura scorbutica crebrius afflictus, post corporis intensam refrigerationem, corripiebatur subito languore virium, inquietudine, somni appetitusque defectu, horripilatione, aestu, cui juncta quaedam mentis turbatio. Durabant haec per tres fere dies, quibus elapsis, nocte antecedenti sensit intolelerandum plane ardorem in praecordiali regione ad dorsum usque excurrentem; mane autem, inspecto loco dolente, insolitum comparuit exanthema, rubicunda nempe area, ex praecordiis ad dorsum cinguli instar extensa, cui insidebant confertim pustulae partim albae, partim rubrae nigrescentes. Inde quidem symptomata remiserunt, excepto exquisito ardente dolore, qui tantus erat, ut nec somnum capere, nec locum affectum contingere posset. Medici, quorum consilio utebatur, quid hoc rei nesciebant, et purpurae peculiare genus, aut scorbuticum quoddam exanthema esse volebant. Ego vero illico cognovi pejorem erysipelatis speciem, et interne diaphoretica temperata, et externe in fine oleum ovorum adhibui, quibus aliquandiu usurpatis, intra quatuordecim dies dolor conquievit, pustulae aruerunt, cuticula aspera facta, fissa, et desquamata."

19) Diss. de zona serpiginosa. Halae 1745.

20) Theses de febr. divis. VI. §. 7. p. 3.

21) Institut. chir. rational. §. 166.

22) De febribus erysipelatosis. Goetting. 1771.

23) De morbis cutis tractatus. Paris. 1777.

FROY 24) et PELLEGRINI DE COLLI 25), W. FORDYCEO 26) et BURSERIO 27) reservatum erat zosterem ut morbum sui generis describere. Accessit J. E. WICHMANN 28). Hac circiter ab epocha ad nostrum usque diem circa zosteris doctrinam versati sunt J. P. FRANK 29), J. CH. REIL 30), JUNEGGER 31), BUCHHOLZ 32), J. CLM. TODE 33), J. A. ALBERS 34), STATE 35), MOLINIE 36), W. O. A. BER-

24) *Histoire de la Soc. R. de médecine* 1777—1778. *T. II. Mém.* p. 27.

25) Diss. de zostere. Viennae 1780.

26) Fragmenta chirurgico-medica. Lond. 1784. p. 18. v. *Samml. auserles. Abhandl. für prakt. Aerzte. B.* 11. *St.* 3. p. 449.

27) Op. c. a. 1785 edit.

28) *Ideen zur Diagnostik.* §. 18—22. *Hannover* 1794.

29) Epitome de curand. hominum morbis. Lib. III. p. 43. Edit. Mannheim. 1792. (Morbum adhuc ad erysipelas revocavit, eumque pro raro declaravit, quum illo tempore nonnisi *quatuor* ejusdem exempla viderit, quorum unum in se ipso Bruchsaliis adhuc degente).

30) Memorabilia clinica med. pract. Hal. 1790—95. et: *Erkenntniss und Kur der Fieber. B.* 5. p. 399.

31) Diss. de zona serpiginosa. Halae 1794.

32) *Beobachtung einer Zona.* In: HUFELAND's *Journal der pr. Heilk. B.* 8. *St.* 3. p. 177.

33) *Klinische Berichte. Koppenhagen* 1800. *Heft* 1.

34) DUNCAN's *annals of medicine* 1801. *Lustr.* 2. *Vol.* 1. p. 382.

35) Diss. de zona sive zostere. Halae 1802.

36) *Dissertation sur le zona. Paris* 1803.

Bernauer [37]), Alibert [38]), Lesénécal [39]), F. L. Kirschner [40]), Bateman [41]), F. G. Hechel [42]), Heinrich [43]), L. Odier [44]), Renauldin [45]), Seiler [46]), H. K. Ch. Friedrich [47]), Franc. nob. ab Hildenbrand [48]), Sachse [49]), Toel [50]) etc. [51]).

§. XXXVI.

37) Diss. de zona. Wurceb. 1810. 4.

38) *Précis théorique et pratique sur les maladies de la peau. Paris* 1810. p. 286.

39) *Diss. sur le zona. Paris* 1814.

40) Diss. de zostere. Lips. 1816. 41) l. c.

42) Diss. doctrinam de zostere casibus practicis locupletans. Vilnae 1818.

43) *Einige Beobachtungen über das heilige Feuer und den vorzüglichen Nutzen des Vinum antimoniatum Huxhami gegen dasselbe.* In: Hufeland's *Journal der pr. Heilk. B.* 47. *St.* 6. p. 55.

44) *Manuel de médecine pratique. Génève* 1821. p. 51.

45) *Dict. des sciences médicales. T.* 58. p. 449.

46) *Praktische Bemerkungen über die Gürtelrose.* In: *Rheinischen Jahrbüchern für Medicin und Chirurgie von* Harless. *B.* 6. *St.* 1. *No.* 15. p. 47. *B.* 7. *St.* 2. p. 137.

47) Diss. de zostere. Lips. 1825.

48) Instit. med. pract. T. IV. p. 69. Vienn. 1825.

49) In: Hufeland's *Journal der pr. Heilk. B.* 61. *St.* 5. p. 31.

50) In: Horn's *Archiv für med. Erfahrung.* 1825. *März, April.* p. 275.

51) Acta mea Instit. clinici C. Literar. Univers. Vilnensis. A. 3—6. Lips. 1812. De zostere quoque animadversiones lectu dignae debentur: Du Pui diss. medica de homine dextro et sinistro. Lugd. Bat. 1780. Recusa in: Schlegel's thes. patholog. therap. T. I.

§. XXXVI.

Symptomata. Caussae.

1. Morbus sensu aegritudinis et doloribus artuum incipit. Accedit febris, pulsu frequente et duro stipata. Haud raro amaror oris, nausea, vomituritio, cephalaea, anxietas, dyspnoea et aliquando lipothymiae comparent. Jam primo morbi die, longe vero saepius secundo aut tertio *zoster* praevio cutis ardore, raro ad caput [1]) et collum [2]), saepius ad extremitates tum superiores [3]), tum inferiores [4]) nec non ad abdomen [5]), regionem iliacam [6]), frequentissime autem ad thora- Symptomata.

No. 1. — Courmette *observations sur la division de l'homme en deux grandes parties latérales.* In: *Journal de médecine. T. LXXXV.* — C. Fr. Ed. Mehlis commentatio de morbis hominis dextri et sinistri. Goett. 1818. Recus. in delectu meo opusculorum medicorum apud exteros vulgatorum. Vol. I. Novocomii 1827.

1) Burgius in: eph. nat. cur. dec. II. a. 3. obs. 171. — Acta mea clinica. Vol. III. p. 22. („. . . malum retro aurem sinistram incipiebat atque super genam ejusdem lateris, ad dimidium nasi extendebatur").

2) Unum solummodo vidi exemplum. l. c.

3) Zosterem antibrachii partem superiorem, veluti dimidium armillae ambientem, in femina scenica polonica observavi.

4) Burserius l. c. 5) Haen l. c.

6) Hildenbrand (l. c. p. 71.): „Nobis pariter idem exanthema in locis ceterum non communibus intuendi occasio fuit; nempe in *regione iliaca* dextra ab osse

thoracem, prorumpit. Consistit exanthema hoc in phlyctaenis, sive vesiculis, magnitudine circiter pisi, conglomeratis, racemosis, saepe confluentibus (quo solo in casu magnitudinem nucis avellanae, quin immo ovi columbini acquirere possunt 7)), sero flavescente, rubello, interdum subli-

sacro et lumbis sparsim ad umbilicum usque protensum, atque in humero sinistro confestim prorumpens."

7) Hechel l. c. obs. II. ex instituto clinico Vilnensi desumta. „Puella florida duodecim annorum, e parentibus sanis nata, aliquoties febrem catarrhalem et semel intermittentem perpessa, optima dein gaudens valetudine die 21. Aprilis 1817, mane, aliquo sensu aegritudinis correpta, dolorem epigastrii, nauseam, inappetentiam ac inquietudinem experta est et sub modica febre, praevio quodam ingrato pruritu, ardens *latus dextrum* abdominis invasit cruciatus, quo exacerbato maculae parvae, circumscriptae, ac dein vesiculae conglomeratae comparuere. Sequentibus duobus diebus, et vesiculae cum ardore acuto increscere, et novae in macularum loco prorumpere coeperunt. Die 4a in clinicum suscepta fuit. Exanthema latus dextrum abdominis a linea alba ad spinam lumbalem transversim cingens, ab umbilico latitudine trium pollicum incipiens, ac postrorsum a secunda ad quintam vertebram lumbalem extensum, in phlyctaenis basi profunde rubrae, naturali cutis colore [illegible]nitatae, insidentibus, sero sublivido fartis, pluribus pisi magnitudinis, iisque anterius ad lineam albam, posterius ad spinam lumbalem confluentibus, conglomeratis multis vero minoribus in medio, solitariis ac racemosis, consistens observabatur. Aegrotula ardentem

sublivido, odoris experte, acri, repletis, summum

eruptionis dolorem, acsi aciculis puncta esset, ad noctem acerbiorem, epigastrii oppressionem, oris amarorem incusabat. Corporis calor normalis, pulsus ad 82, mollis, regularis, alvus pigra. Ad alvum parumper liquandam transpirationemque promovendam pulveres resolventes ex uncia semis supertartratis potassae et grano uno tartratis stibii et potassae, compositos praescripsimus. Diaeta vegetabilis, potus decoctum hordei. Ad vesperam dolor exanthematis molestior, pustulae numerosiores, capitis dolor, lingua sicca, sitis valida, calor corporis auctus, pulsus ad 104, plenus, alvus haud mota. Continuat. in pulveribus et injicitur clyster simplex. *Die* 25. *Aprilis*, 5. *eruptionis*. Somnus ob ardorem turbatus, pustulae colorem rubi idaei acquisiverunt, ad lineam albam et dorsum nonnullae *magnitudinem fabae* adaequant, nonnullae eam excedunt, veluti vaccina tactui renitentes, majores flavi, minores caerulei coloris lympha repletae. Pulsus ad 106, calor corporis sanum parumper superans. Additur pristino medicamini, ad febrem temperandam, drachma semis nitratis potassae. *Die* 26. *Aprilis*, 6. *eruptionis*. Nox quietior, phlyctaenae ex rubro caeruleae confluunt, pustula altera ad spinam magnitudinis nucis avellanae rupit multumque seri limpidi effudit, altera ad *ovi columbini volumen* increvit: pulsus ad 100, mollis, regularis. Idem medicamen. Ardens dolor paulisper mitigatus, pustulae majores ruptae multum seri exantlant, ceterae phlyctaenae magis confertae et confluentes aequalem fere cingulum efformant, alvus tarda: ad eam reserandam sulphatem magnesiae unciam unam ex unciis octo aquae communis ad vasculum dimidium omni secunda hora sumere praecepi-

ardorem excitantibus. Cutis conditio inter phly-
ctaenas,

mus. *Die* 28. *Aprilis*, 8. *eruptionis.* Pustulae magis magisque confluunt, nonnullae materie puriformi replentur, aliae exsiccantur. Idem pharmacon. *Die* 29. *Aprilis*, 9. *eruptionis.* Status idem. *Die* 30. *Aprilis*, 10. *eruptionis.* Phlytaenis ad partem anteriorem et mediam disruptis, basis carnis vivae adspectum prae se fert, aliae confluentes posterius ad spinam mero pure fartae, nonnullae corrugatae marcescunt, alvus liquida. Nulla urgente indicatione nullum remedium. *Die* 1. 2. *et* 3. *Maji*, 11. 12. *et* 13. *eruptionis.* Phlyctaenae pus continuo fundunt, aliae crusta obteguntur. *Die* 4. *Maji*, 14. *eruptionis.* Ne pus decidentibus escharis copiose effluens indusio adglutinetur, indeque molestiis ansam praebeat; telam ceratam, butyro recente oblitam, loco affecto imponi ordinavimus. *Die* 5. *et* 6. *Maji*, 15. *et* 16. *eruptionis.* Pus copiosum ex ruptis phlyctaenis effluit. *Die* 7. *Maji*, *et* 17. *eruptionis.* Ob exulcerationem tam amplam, hoc in morbo inconsuetam et rebellem, latentisque vitii scrophulosi suspicionem moventem, aethiopis antimonialis mane et vespere granum unum cum saccharo capere, externe autem ulcerationem decocto ex herba malvae et conio maculato abluere jussimus. *Die* 8. *et* 9. *Maji*, 18. *et* 19. *eruptionis.* Exulceratio, cujus diuturnitatem scrophulis adscripsimus, quotidie magis magisque adspectum ulceris carcinomatici induit: eadem medendi ratio, cum et huic vitio accommodata sit, continuabatur. *Die* 10. *Maji*, 20. *eruptionis.* Ulceratio quidquam melior, ichor minori in copia excernitur. *Die* 11. *Maji*, 21. *eruptionis.* Jam hinc inde exulceratio exsiccari incipit ac crustâ tegitur. Eadem remedia. *Die* 12. *Maji*, 22. *eruptionis.* Nulla incommoda: ulceratio de die in diem melius procedit. Convalescen-

ctaenas, saltem quidquam discretae, normalis cernitur. Id vero zosteri proprium est, quod constanter dumtaxat *alterutrum* partis affectae *latus*, idque utplurimum sinistrum [8]) cinguli instar ad mensuram aliquot digitorum transversorum, ambiat e. c. *caput*, ab auris parte postica, ad medium nasi, vel frontem, veluti sertum, — *collum* a media larynge ad medium nuchae, — *thoracem* a medio sterni ad spinas vertebrarum dorsi, — *abdomen* a linea alba ad spinas vertebrarum lumbalium, vel ab una ad alteram cristam ossium ilei, — *brachia* vel crura a medietate sive superiore sive inferiore etc. Zosterem interdum limites dimidii corporis transilire nos non vidimus [9]), viderunt alii [10]). Observavimus autem zoste-

tem puellam usque ad diem 16. Maji in clinico retinuimus, sanata tunc ulceratione, ac formata sat larga cicatrice, ad suos redire permisimus.

8) Praeter vix allatam observationem et alias adhuc zosteris *lateris dextri* numeravi, ast habita ratione zosteris lateris sinistri, rariores. Assertio hinc Reilii (*Fieberlehre* l. c. p. 393.), zosterem utplurimum latus sinistrum occupare, veritati consona. Probatur ea quoque a C. Fr. Ed. Mehlis (l. c.) aiente: „idemque latus esse, quod in universum Zonae prae altero magis obnoxium sit, eo probatur quod inter 25 hujusmodi observationes, quibus indicatum est, quidnam latus affectum fuerit, apud varios auctores mihi obviam latas, in 16 in sinistro et in 9 tantum in dextro latere exanthema effloruerat."

9) Juxta meas itaque observationes stat Haenii senten-

zosterem, corporis dimidiam partem cum interruptionibus occupasse. Quoad illos, qui de zostere *totum corpus* [11]) aut illius dimidium [12]) occupante loquuntur, hi procul dubio erysipelas, talem scenam, ut ipsi observavimus [13]), aliquando ludens, pro zostere habuerunt. Observationes *duplicis zosteris duobus segmentis* conflati non reticebimus [14]). Pluries praeter zosterem phlyctaenas

tia (l. c. p. 112.): „Hac tamen perpetua *lege*, ut ab anteriore parte nunquam lineam albam, nunquam a postica spinam (phlyctaenae) transcederent."

10) In casu ab Albers (l. c.) relato, zona sinistrum thoracis latus a sterno inde cingens postrema plaga palmae latitudine spinam dorsi superavit. Bateman (l. c. p. 341. not. 247.) pustularum insulas ab antica parte aliquando vidit supra lineam albam extensas.

11) Turner *on diseases of the skin. chap.* 5. p. 80.

12) Marcus (*Entwurf einer speciellen Therapie. B.* 2. p. 213.) de zona dimidium totius corporis occupante somniavit.

13) Acta clinica l. c. p. 20.

14) Sutor 27 annorum, die 24. Sept. a. 1818, qui in clinico Vilnensi decumbebat, zostere detinebatur, cujus segmentum *unum* a processubus spinosis primarum vertebrarum dorsi ortum ducebat, super scapulam sinistram, sub axilla ejusdem lateris (glandulis hic jacentibus tumidis et dolentibus) usque ad medietatem sterni decurrebat; *alterum* segmentum inferius, relicto *spatio intermedio omnino libero trium pollicum*, idem iter super mammam sinistram absolvebat. Hoc spatium palmam adaequabat, illud vix dimidium ejusdem spatii. Urgebat febris symptomatibus rheumatico-

ctaenas nonnullas in partibus dissitis, ejusdem tamen lateris, sparsas conspeximus [15]. Peracta exanthematis eruptione, febris cum reliquis symptomatibus saltem diurno tempore, remittit; noctu enim singula, et inprimis ardor loci affecti, exasperari solent. Tempus efflorescentiae inconstans est, vidimusque zosterem nunc spatio septem dierum devictum, nunc ad sextam hebdomadem protractum; quin immo de *chronico* zostere apud Burserium habetur exemplum. Versus finem vergente morbo phlyctaenae flaccidae et corrugatae redduntur, ac partim cum desquamatione, partim cum exulceratione, aliquando cancro simili [16], non sine molesta interdum suppuratione, terminantur. Exulceratio crustis aegre recedentibus, nonnunquam relictis fovea et dolore [17], profligatis

gastricis stipata. Aeger hic aliorum instar, sub usu tartari emetici refracta ut dicunt dosi porrecti, brevi convaluit.

15) Cfr. observatio supra allata Hildenbrandii.

16) Tale exemplum, dum caput de zostere in prima operis editione conscripseram, coram oculis habui, exulcerationem scilicet dimidii brachii, adspectum plane cancrosum exhibentem.

17) Lorry (l. c. p. 17.) monuit: „sanato etiam malo crudeliter quandoque dolere affectas partes." Casus autem memorabilis narratur in: *Dictionaire des sciences méd. T. XI.* p. 280.: „*Nous avons connu un homme d'une soixantaine d'années, qui avait éprouvé une forte attaque de cet érysipèle si douloureux qu'on désigne sous le nom de zône, et dont les boutons avaient*

gatis ipsis jam exanthematis vestigiis, per longum tempus excruciante, ansam porrigit.

Caussae. 2. Aetas juvenilis et media, nec non sexus sequior potissimum zosteri subjiciuntur; quamobrem habitum corporis pravum, item scorbuticam, arthriticam aliamque humorum dyscrasiam, aliorum ad exemplum [18]), neutiquam inter caussas hujus morbi numeranda esse censemus. Vidimus interea zosterem et in sene [19]), viderunt alii eum ex metastasi [20]). Tempore inprimis hiemali, et vernali hic morbus (in regionibus septentriona-

laissé, sur la peau, des cicatrices répondant aux escarres dans lesquelles s'étaient convertis ces boutons. Après la guérison la peau était restée d'une sensibilité extrême dans toute son épaisseur, comme cela est ordinaire; mais cette sensibilité durait dépuis plus d'un an. Souvent il y éprouvait des douleurs passagères et poignantes. Son sommeil était habituellement agité, et il se ressentait de cette agitation à son lever. En s'habillant et en se brossant le corps il éprouvait tous les jours, à une ou deux réprises, une secousse vive, instantanée, comparable à celle que provoque la commotion électrique, et immédiatement après il se trouvait calme pour tout le reste de la journée."

18) Burserius l. c. §. 53.

19) In episcopo Vilnensi Stroynowski. In vetula 90 annorum se zosterem vidisse asserit Sachse, addens (l. c. p. 33.): „*diese Frau, die oft Gesellschaften bey sich hatte, und das Beste gab was aufzutreiben war . . .*" Magni sane interest, haec nosse!

20) A psora videlicet et pedis tumore incongrua cura fugatis. (Heinrich l. c. p. 58.).

trionalibus communior [21])), aliquando epidemicus [22]), occurrere solet. Plerumque refrigérium et errores in diaeta, inprimis usus ciborum acrium, salsorum et piperatorum [23]), ansam illi porrigunt. Vitia viscerum uropoïeticorum [24]) et iram [25]) in zostere gignendo sibi partem quandam vindicare, non semel observavimus. Ceterum et nobis verisimile videtur, genus nervorum hoc in morbo, hemiplegiam aemulante, magnam scenam ludere [26]). De contagio nulla suspicio, etiamsi

21) Acta mea clinica l. c.

22) LORRY l. c. Sunt adeo (immerito sane), qui ad zosterem epidemiam revocent, quae *seculo duodecimo* observata est; et de qua narratur, plurimos homines inde membra sua perdidisse, quae prius sicca et livida reddebantur (morbus cerealis?). Aegri locis separatis concludebantur, et ne sani cum illis communicarent, *ignis imaginem* pingebant ad muros, quibus miseri servabantur. Urbanus II. Papa, pro simili morbo jam anno 1093. ordinem fundavit (*De St. Antoine de Viennois*). Vid. *Dict. encyclopédique.* verb. *St. Antoine.*

23) BURSERIUS l. c. 24) REIL *Fieberlehre* l. c. p. 424.

25) BATEMAN l. c. p. 344. not. 252.

26) Pulchre laudatus MEHLIS (l. c. p. 66.): „. . . sympathicus nervus vinculum est, quod cutim cum illis visceribus (hepate, liene etc.) connectit, intimamque eorum conspirationem ad unum magnum finem servat, et per eum in zona ab illorum vitiis nervis cutis morbus inferri videtur. Sympathicus autem cum intercostalibus prae reliquis nervis systematis cerebralis, qui cutem adeunt, intime connexus est, unde esse putes,

etiamsi pus, ex phlyctaenis desumtum aliisque cutis locis admotum, similes phlyctaenas excitare valeat [27]).

§. XXXVII.

Diagnosis.

Monitum. 1. Ne quis diagnosin zosteris proferat, nisi agatur de exanthemate mox sub forma *phlyctaenarum* prorumpente, dimidium, non quidem necessario trunci, sed *qualiscunque demum corporis humani partis* [1]) occupante, simulque ardorem praecipue nocturnum excitante. His positis probeque inculcatis diagnosis zosteris adeo facilis est [2]), ut in ea nemo tironum nostrorum, qui tracta-

quod zona truncum fere semper invadat, raro admodum hoc intacto omnino alias partes occupet."

27) Harless, in: *Rheinisch. Jahrb. B. 7. St. 2.* p. 140. not.

1) Sachse (l. c.) confidenter quaerit: *„Sollten wir wohl eine Krankheit den Gürtel nennen dürfen, die an andern Theilen so gut als am Unterleibe entsteht?"* Respondeat Adelung (*Grammatisch-kritisches Wörterbuch*): *„Der Gurt, ein jedes Ding, welches ein anderes umgiebt, um dasselbe herumgeht . . . . Der Gürtel, welches in verschiedenen Fällen statt des vorigen üblich ist, besonders ein etwas breites Band zu bezeichnen, welches vermittelst einer Schnalle befestigt wird. Ein Kniegürtel, ein solches Band um die Knie. Ehedem hatte man auch Armgürtel."*

2) Fordyce ait: *„Die Gürtelkrankheit ist von jedem andern Fehler der Haut leicht zu unterscheiden. Man*

tractatum illius exanthematis audiverat, unquam fefellerit.

2. Minus instituti 3) *zosterem* cum *miliaribus*, cum *bullis*, cum *erysipelate*, cum *exanthemate mercuriali*, cum *hydroa* et cum *herpete* confundere possent. Facilis confusio.

3. *Miliaria* figurâ quodammodo *zosteri* similia, eo facilius cum eo confundi possent, quod utrumque exanthema saepe anxietas praecedat. Distinctio a miliaribus.

Miliaria	*Zoster.*
a. Sudores eruptionem praecedunt.	a. Sudor vix ullus ante eruptionem.
b. Solummodo *pruritu*, neque eo constan-	b. *Ardor* non solum eruptionem adnunciat,

te,

erkennet dieselbe an folgenden Zeichen; Sie zeigt sich an der einen Seite des Halses, oder des Oberleibes, oder der Gegend unter den kurzen Rippen, oder des Unterleibes unter der Gestalt eines Gürtels; der bey solchen vorhandene Ausschlag ist wässrig, und besteht aus Pusteln, die den zusammenfliessenden Blattern ähnlich sind. Den zweiten Tag nach dem Ausbruch ist dieser Ausschlag mit einer rothen, blauen oder purpurfarbnen Jauche erfüllt. Die damit verbundene Entzündung ist gross, der Schmerz beträchtlich, und man bemerkt dabey eine gewisse Niedergeschlagenheit des Geistes." Videbis simul hisce e verbis, FORDYCE zosterem ante BURSERIUM pro morbo sui generis declarasse, idque sine fuco.

3) E. c. juxta RICHTERI de zostere doctrinam. (*Die specielle Therapie. Berlin* 1821. *B.* 2. p. 197.).

te, eruptio annunciatur.

c. Certis corporis limitibus non circumscribuntur,

d. Exanthema volubile.

sed quoque eandem comitatur.

c. Unum tantum partis affectae latus ambit.

d. Exanthema fixum.

Distinctio a bullis.

4. Dum de *bullis*, lentium seu pisorum tantummodo magnitudine et dolore ardente ac intolerabili insignitis legimus 4), *zosterem* pro *bullis* fuisse habitum supponimus 5).

Bullae.

a. Dolor urens solummodo eruptionem *praecedit*, hac vero facta, moderatur.

b. Maxima vesicarum, maturitatem adeptarum pars magnitudinem *amygdalarum* attingit.

Zoster.

a. Dolor urens per *omne morbi* curriculum fere aequalis perseverans.

b. Phlyctaenae, nisi plurimae invicem confluant, nunquam *pisi* volumen superant, saepeque minores sunt.

c. Serum,

4) Reil memorabilia clinica. Vol. I. Fasc. 2. p. 149.

5) Quo jure Sachse (l. c. p. 33.) zosterem, morbum acutum sat communem, ad pemphigum, morbum chronicum et rarissimum, revocet, ac pemphigum dimidiatum (*halbseitigen Pemphigus*) salutet, superi norunt. Id non expectasset Kraft (*Pemphigus zur Bereicherung der Diagnostik;* in: Hufeland's *Journal der pr. Heilk. B.* 37. *St.* 7. p. 107.) ubi ait: „*Mit dem Gürtel* (zona) *wird der Pemphigus nicht leicht verwechselt werden.*"

c. Serum, in vesicis contentum, diaphanum et insons observatur.	c. Serum, in phlyctaenis contentum, turbidum et acre est.
d. Limites minime agnoscunt.	d. Ad unum solummodo latus circumscriptus est.

Distinctio ab erysipelate.

5. *Erysipelas pustulosum.*	*Zoster.*
a. Cutis, cui pustulae insident, rubore roseo plerumque detenta est.	a. Phlyctaenae cuti, colore normali praeditae, insidere solent [6].
b. Pustulae *serius* quam rubor comparent [7].	b. Phlyctaenae *initium* exanthematis constituunt [8].

c. Vo-

6) Monet Wichmann (l. c. §. 19.): „*Diese Bläschen (im Zoster) hängen nicht wie in der Blatterrose durch allgemeine Röthe und Spannung der Haut zusammen, sondern zwischen den Inseln hat der Boden die natürliche Farbe der Haut.*“ *Unam* interea vidi exceptionem in juvene pleni habitus die 23. Januarii a. 1817 in clinico Vilnensi degente; *phlyctaenae videlicet cuti profunde rubrae insidebant.* (Hechel l. c. p. 7.).

7) „Quae vero pustulae et phlyctaenae erysipelati, quod bullosum dicunt, junguntur; *hae superveniunt eidem in augmento*, dum in zona initio statim se exerunt.“ (Burserius l. c. p. 52.).

8) „Videnturque primarium esse phaenomenon.“ (Idem ibid.).

c. Volumen pustularum admodum *varium* est.	c. Forma phlyctaenarum *stabilis* observatur.
d. Pustularum sedes *superficialis* est.	d. Phlyctaenarum sedes *profunda* est.
e. Facta eruptione ardor remittit, ac aeger noctu multas non experitur angustias.	e. Ardor vel facta eruptione continuat, noctu intolerabiles excitando cruciatus.
f. Exanthema diffusum, volubile.	f. Exanthema circumscriptum et fixum.
g. Crustae sub exsiccatione conspicuae, densae.	g. Crustae minimae, tenues.

Addit Wichmannus, erysipelas symptomatibus gastricis stipari, zosterem autem absque illis obvenire; — aliter vero nos docuit experientia. Differentiam a Burserio [9]) allatam, „erysipelas intra summam cutim consistere, zonam autem panniculum adiposum afficere,“ quum illa vix ad aegrotorum lectos erui possit, non magni facimus. Notari tandem meretur, zosterem tempore erysipelatis fere epidemice grassantis, *haud frequentius* obvenisse, quam antea solitum erat [10]).

§. XXXVIII.

9) l. c.

10) Acta mea clinica l. c. p. 21.

§. XXXVIII.

Prognosis. Cura.

1. Zoster quidem aegros ob intolerabiles cruciatus et vigilias exhaurit, nunquam vero vitae insidias struit. Res forte aliter se haberet, *si morbus iste totum hominem cingeret* [1]). In homine alioquin sano zoster spatio septem, decem, quatuordecim dierum curriculum absolvit. Est itaque morbus acutus [2]). Secus in valetudinariis, quos sex et ultra hebdomades excruciare potest. Decursus iste chronicus zosteris maxime exulcerationi partis affectae tribuendus, quae scilicet exulceratio in hominibus labe quadam praevia imbutis, characterem peculiarem, pro re nata, scrophulosum, carcinomaticum et syphiliticum induere potest. Zosterem nunquam praepostere fugatum vidimus, nec existimamus eum, utpote tenaciter cuti adhaerentem, levi opera reprimi posse. Quodsi contingeret, sane cum aliis [3]) gravissima mala timeremus. Senem, qui hieme zosterem pertinacem perpessus erat, autumno sequente febre intermittente apoplectica defunctum vidimus [4]). Prognosis.

2. To-

1) Sunt verba Plinii.

2) „Zoster acutus et brevis utplurimum morbus est." Burserius l. c. §. 52.).

3) Burserius l. c.

4) Idem Episcopus Stroynowski de quo supra. Cfr. P. II. Vol. I. Sect. I. cap. I. §. XXVII. No. 13. (87.).

Cura. 2. Totam zosteris curam paucis *tartari emetici* [5]) dosibus, aut in aqua destillata solutis, aut *cremore tartari* mixtis addito, si febris vehementior fuerit, *nitro* absolvimus; imperata simul abstinentia a victu carneo alioque copioso. Raro ad *pulverem Doveri* confugere opus fuit, idque dumtaxat praevia primarum viarum expurgatione, sedata febre, ubi conditio aegroti praetermodum sensibilis cruciatuum ab exanthemate pullulantium levamen exposcebat. Hoc quoque in casu parti affectae linteolum, cui camphora rasa parce adspersa fuit, cum magno levamine imposuimus. Cataplasmata ex lacte, pane et croco levamen quidem ferunt; at exulcerationi viam sternunt. In genere optimum consilium zosteri quatenus zosteri plane nihil imponendi et spontaneum crustarum secessum patienter expectandi. Secus autem, si chronica post secessum crustarum exulceratio relicta est. Tunc enim auxilia characteri exulcerationis accommodata applicari debent. Inter haec *lotionem ope solutionis lapidis caustici* cum successu adhibitam fuisse, legimus [6]). Nobis hucusque infusum *conii maculati* in decocto *herbae malvae* ad abluendam partem affectam, tepide ter de die adhibitum, vel in ipso casu ubi exulceratio

5) Heinrich (l. c.) vinum antimon. Huxham. laudat, quod circiter idem est.

6) Gerson et Julius *Magazin der ausl. Literatur der ges. Heilk.* 1826. *Jan. Febr.* p. 125.

ceratio quid aspectus carcinomatici exhibebat, ad sanandum suffecit. Aliàs remedia interna diathesin scrophulosam emendantia sine omni applicatione locali, exulcerationi finem imposuere. Decrescentibus viribus *cortex cinchonae* consilio FORDYCE [7]). Usum externum *saturni* a DESAULT commendatum [8]), BURSERII consilii [9]), aliorumque observationum [10]) memores, non admittimus. Si copiosa sanies ab exulceratione largita, ob indusiorum adglutinationem incommodo foret, linteum butyro insulso illinitum plagae imponitur. Commendatur certe nimis mature *unguentum zinci* [11]). Dolor a morbo relictus, nisi unctio cum

7) l. c. 8) *Chirurgische Wahrnehmungen. B.* 4.

9) l. c. p. 57. („. . . suspecta nobis videntur, quae exsiccant et reprimunt, aut quae ex plumbo confici solent").

10) Vir zostere laborans, de quo BUCHHOLZ (l. c.), tantum experiebatur dolorem ardentem „*so, dass er schon mehrere Nächte auf dem Fussboden des Zimmers liegend schlaflos zugebracht hatte. Ich rieth ihm: sich ausserhalb des Bettes aufzuhalten, und über den Ausschlag Tücher mit Bleywasser getränkt zu schlagen. Bey der ersten Application dieses Wassers ward der Mann ohnmächtig und nach wiederholter Anwendung überfielen ihn noch mehrere anhaltende Ohnmachten.*"

11) TOEL (l. c. p. 277.) ait: „*Am besten fand ich es, die Bläschen, sobald sie erschienen sind (früher wäre es wohl etwas schwer), mit Läppchen, die mit* unguen-

cum *oleo hyoscyami*, applicatio emplastri opiosi juvent, per *vesicatorium*, loco affecto impositum aufertur. Quodsi de *phlebotomia* hîc loquuti non sumus, id persuasioni tribuendum, zosterem per se sanguinis missionem haud exposcere. Posset vero utique talis emissio a rerum positionibus fortuito morbum nostrum concomitantibus exposci.

Caput IX.

De exanthemate mercuriali.

§. XXXIX.

Definitio. Historia.

Definitio. 1. *Exanthema* praeviis symptomatibus febris catarrhalis ac haud raro ptyalismo, sub forma nunc papularum, profunde rubrarum, confluentium, — nunc tuberculorum obscure rubentium, — nunc pustularum miliformium, prorumpens, ac incauto hydrargyri usui originem debens, nobis *mercuriale* dicitur.

Historia. 2. Quamvis mercurii effectus nocivi in corpus humanum jam dudum innotuerint [1]); doctrinam

tum Zinci *bestrichen sind, zu bedecken; die Kranken rühmen die kühlende, die Schmerzen lindernde Wirkung dieser Salbe sehr.*"

1) Brendel progr. de inopinatis ex mercurio dulci no-

nam tamen morbi, de quo agitur, pro nova habemus. Prima illius rudimenta apud B. Bell [2]), J. Pearson [3]) et Horn [4]) occurrunt; addiderunt his plura Alley [5]), Moriarty [6]), Spens [7]), M' Mullin [8]), A. Mathias [9]), Rutter [10]), A. Marcet [11]), Hreczyna [12]), Th. Bateman [13]), Hecker [14]), B. Kahleis [15]) aliique [16]).

Z 2 §. XL.

xis. Opusc. T. I. p. 69. — Schreiber diss. de morbo mercuriali. Erfurt 1792.

2) *A treatise on gonorrhoea virulenta and lues venerea.* *Vol.* 2. p. 228.

3) *Observations on the effects of the materia medica in the cure of lues venerea.* p. 167.

4) *Archiv für med. Erfahrung. Jahrg.* 1812. *Heft* 1. p. 145.

5) *An essay on particular eruptive disease arising from the exhibition of mercury. Dublin* 1804. — *Observations on the hydrargyria, or that vesicular disease arising from the exhibition of mercury. London* 1810.

6) *A description of the mercurial lepra. Dublin* 1804.

7) *History of three cases of erythema mercuriale.* (*Edinburgh medical and chirurgical Journal* 1805. *No.* 1. p. 57.).

8) *Essay on erythema mercuriale.* (Ibid. 1806. *No.* 5. p. 37.).

9) *An inquiry into the history and nature of the disease produced in the human constitution by the use of mercury with observations on its connexion with the lues venerea. Lond.* 1811. 2*d* *edit.*

10) In: *Edimb. med. and surg. journal. Vol.* 5. p. 143.

11) In: *medico-chirurg. transactions. Vol.* 2. *art.* 9.

12) Diss. de exanthemate mercuriali. Vilnae 1815.

§. XL.

Symptomata. Caussae.

Symptomata.

1. Incipit morbus, nobis undecies visus [r]), veluti febris catharrhalis, cum magna et inconsueta inquietudine, debilitate, pruritu cutis, et nonnunquam, ut observavimus, cum sudoribus odorem specificum, illi oris sub salivatione mercuriali

13) *Praktische Darstellung der Hautkrankheiten. Nach* WILLAN's *System. Aus dem Engl.* 1815. p. 377.

14) Lexicon med. theoret. pract. real. Vol. III. Sect. 2. 1822.

15) *Ueber die Mercurialrose.* in: HUFELAND's *Journal der pr. Heilkunde. B.* 56. *St.* 6. p. 49.

16) Acta mea clinica. Vol. III. p. 22.

r) „*Es scheint noch kein teutscher Arzt die Erfahrung gemacht zu haben, dass auf einen sehr häufigen Gebrauch der Quecksilberarzneyen, manchmal diese eigenen, der Anwendung des Mercurs einzig zuzurechnenden Krankheitserscheinungen erfolgen. Bis auf* Jos. FRANK, *der im* 2. *Theile des* 1. *Bandes seines Werkes:* Praxeos med. universae praecepta (1815) *eine Beschreibung dieser Krankheit, aber, wie es scheint, nicht nach eigenen Erfahrungen, sondern nach* ALLEY's, MULLIN's *und* MORIARTI's *Bestimmungen, gibt.*" (KAHLEIS l. c. p. 53.). Attamen in citato opere (§. XLV. primae editionis) de propriis loquutus sum observationibus, mentionem simul loci (act. mea clinica. Vol. III. p. 22.) ubi exaratae sunt, injiciens. Aliae continentur in diss. cit. HRECZYNA, medici nunc in Kamtschatka praxin exercentis, et pro laborum suorum premio ordine St. Wlodimir decorati.

curiali quodammodo similem, manantibus. Plurimi simul ptyalismum et faucium inflammationem experiuntur. Vigente per unum alterumve diem febre, eruptio contingit nunc sub forma *papularum*, tum laete, tum profunde rubrarum, summopere prurientium, instar *rubeolae*, — nunc sub ea nodulorum sive tuberculorum, profunde rubrorum, circiter veluti *urticaria nodosa;* — nunc tandem sub forma *pustularum* miliarium, fluido pellucido, acri, rodente, saepe specifice foetente, repletarum, quae pustulae disruptae crustas, uti in herpete, gignunt. Sedes communissima exanthematis sunt scrotum et crura; non raro autem illud ad lumbos, ad abdomen vel super totam corporis superficiem, non excepta semper facie, extenditur. Facta eruptione, febris non solum non remittit, sed invalescit potius. Idem in graviori saltem malo, de symptomatibus catarrhalibus, quibus cephalaea, pondus praecordiorum superaccedunt, dicendum est. Duratio efflorescentiae varia, ab una scilicet hebdomade usque ad mensem fere. Versus finem vergente morbo, vel desquamatio vel secessus crustarum incipiunt. Desquamatio locum obtinet, dum eruptio sub forma papularum vel tuberculorum contingit; crustae vero plerumque occurrunt, dum eruptio ex vesiculis constitit. Sunt hujusmodi crustae ex flavo bruneae. Aliàs pustulae solidescunt ac demum desquamantur.

2. Peculiaris aegri adversus mercurium idiosyncra- Caussae.

syncrasia, forte a dispositione scorbutica derivanda [2]), — hydrargyrum, quacumque demum ratione [3]) ac quocumque in morbo nimia copia adhibitum, — vel refrigeratio corporis sub modico etiam hujus remedii usu, inprimis, ut suspicamur, vigente multâ in aëre electricitate [4]), — potissi-

2) Convenimus *hoc sub respectu* cum Chisholm, qui mercurium solum pro caussa occasionali ulcerum et impetiginum mercurialium habet. (*Are those diseases attributed to mercurial action on the system of the human body, peculiarly and exclusively generated by it?* — Vide: *Edinb. med. and surg. journal. Vol.* 8.).

3) Hystericae simulque haemorrhoidibus laboranti *pulverem antispasmodicum rubrum* Stahlii praescripsi, ut subinde cochlear illius coffeanum sumeret. Quum hoc pharmacon, ut solet, aegrotae maxime conduxerit, id pluries repeti curavit, ita ut curriculo duorum mensium circiter tres uncias sumserit. En ipsa haec aegra, postquam refrixerat, in febrem symptomatibus catarrhalibus et ptyalismo stipatam incidit, comparente insuper universo in corpore, facie non excepta, exanthemate partim nodoso, partim papuloso. Tale exanthema quum neque ad urticariam neque ad rubeolam revocare potuerim, exclamavi: si usus hydrargyri praegressus fuisset, praesentiam exanthematis mercurialis jurejurando affirmarem. Ego, subjunxit aegra, nil praeter pulveres tuos rubros sumsi. Mox hydrargyri in cinnabari pulveris rubri antispasmodici Stahlii contenti memor, allatam suspicionem confirmavi.

4) Aliquoties mihi plures exanthematis mercurialis casus uno eodemque tempore simul obvenerunt, quum dein per anni unius alteriusve curriculum illorum nullum

tissimas exanthematis mercurialis caussas sistere videntur. Hunc morbum nuper *in prole*, ubera matris mercurium sumentis, sugente, ad crurum internam superficiem, sine ullis luis venereae symptomatibus, vidimus.

§. XLI.

Diagnosis.

1. Quum morbus, de quo agitur, neque leprae, neque erythematis notas prae se ferat; eum potius *exanthema mercuriale*, quam *lepram mercurialem*, aut *erythema mercuriale* (quibus nominibus MORIARTY et M' MULLIN usi sunt) vocare maluimus. Posset et *Hydrargyria* [1]) aut *Eczema mercuriale* [2]), denominari. Nominis ratio.

2. Exanthema mercuriale confundi potest cum *miliaribus*, cum *urticaria*, cum *zostere*, cum *rubeola*, cum *pemphigo*, cum *herpete* et cum *impetiginibus venereis*. Facilis confusio.

3. *Exan-*

amplius viderim. Conclusi inde, constitutionem atmosphaerae sibi in exanthemate mercuriali gignendo partem vindicare. Quum dein plura hujus morbi exempla eo tempore obvenirent, quo tempestates cum tonitru in Lithuania maxime saeviebant, commilito meus, laudatus HRECZYNA, suspicatus est, nexum inter haec duo phaenomena existere posse. Nec mirandum, si corpus humanum oxydo mercurii, forte partim in statum metallicum reducto, imbutum, imperio electricitatis peculiari modo obnoxium foret. Ecce et ego quandoque hypothesibus delector.

1) ALLEY op. cit. edit. altera. 2) PEARSON l. c.

Distinctio a miliaribus.

3. *Exanthema mercuriale*, tum ob formam papulosam sive pustulosam, quam saepissime refert, tum ob peculiarem aegri inquietudinem, tum ob sudores frequenter foetidos, facile pro *miliaribus* haberi potest. Immo errorem hunc ii, qui mercurium inter caussas miliarium recensent [3]), commisisse videntur.

Miliaria.	*Exanthema mercuriale.*
a. Plerumque ad latera *colli*, ad *mammas*, ad *antibrachia* erumpunt.	a. Plerumque ad *scrotum* et *crura* efflorescit.
b. Peracta eruptione *pruritus* in multis *nullus*, in aliis satis *moderatus*.	b. *Pruritus* vel peracta eruptione continuat, et quidem *summus*.
c. Liquidum in pustulis contentum *mite*, aliquando *inodorum*.	c. Liquidum in pustulis contentum *acre foetidumque*.

Distinctio ab urticaria.

4. Quod sub forma tuberculorum sese exhibet *exanthema mercuriale*, hoc aegre ab *urticaria nodosa* distinguitur.

Urticaria nodosa.	*Exanthema mercuriale.*
a. Plerumque in febribus, symptomatibus *gastricis* stipatis, occurrit.	a. Plerumque cum febre, quasi *catarrhali* comparet.

b. Apex

3) P. I. Vol. I. Sect. II. cap. VIII. §. XLVII. No. 2. (27).

b. Apex tuberculi colore ex *albo rubro* instruitur.	b. Totum tuberculum colore *obscure rubro* notatum est.
c. Exanthema *fugax* est.	c. Exanthema *constans.*

5. *Exanthema mercuriale* sub forma pustularum erumpens, utpote summe pruriens, ac anxietate stipatum, pro *zostere* haberi posset, nisi illud *totam*, quam aggreditur, partem, hoc medietatem tantum detineret. Distinctio a zostere.

6. Si *exanthema mercuriale pustulosum*, pustulas solito majores referret, sique chronice magis decurreret, cum *pemphigo* confundi posset *). Distinctio a pemphigo.

§. XLII.

Prognosis. Cura.

1. Si quis exanthema mercuriale pro symptomate luis venereae haberet, atque ob id in usu mercurii magis magisque continuaret, de salute aegri desperandum foret. Contra ea sub recta medela, exanthema mercuriale morbum sistit, interdum quidem rebellem, sed plerumque in aegrotantibus ceterum vigentibus periculo destitutum. Aliter res in valetudinariis se habet 1). Qui eruptionem Prognosis.

*) Tale quid respectu historiae morbi in diario Hufelandii (1816. Mai. p. 58.) relatae, viro ceterum docto, mihique amico, contigisse, suspicor.

1) Alley inter 43 aegrotantes (28 mares et 15 mulieres) octo habuit demortuos. Dividit nuperrime *hydrargyriam* in *mitem*, *simplicem* et *malignam*. (Op. c. alt. ed.).

ptionem hujus exanthematis pro indicio sanatae jam luis venereae agnoscunt, in gravi errore versantur.

Cura. 2. Exanthema mercuriale veluti febris catarrhalis curatur. Interea libenter ibi remediis antimonialibus abstinemus, ac magis quam hîc alvum movere studemus. Conducit et balneum simplex, tepidum. Ad affusionem frigidam [2]), in morbo tot symptomatibus catarrhalibus stipato, confugere non audemus. Devicta febre, tum *balnea sulphurica*, tum usus internus *aquae*, *gaz hydrosulfuretum* continentis, tum et maxime quidem radix *Inulae Helenii* [3]), prosunt. Somni defectui *opium* ad vesperas porrectum occurrit. Scriptores supra allati, usum localem *aquae calcis*, ac dein adspersionem subtilissimi pollinis *carbonum*, *farinae* sive *amyli* suadent; nos vero externa huic exanthemati remedia haud opponimus. Omnes a *plumbo* abstinent. *Ferrum*, utpote in ulceribus faucium a mercurio commendatum [4]), tentamini subjiciendum foret.

2) Bonum ab hac methodo Alley effectum expectat, at ipse nunquam adhibuit. (l. c.).

3) De antidoti hujus adversus pravos effectus mercurii virtute jam locutus sum in P. II. Vol. I. Sect. II. hujus operis. Cap. IX. §. XLV. No. 4.

4) Horn l. c.